

## **Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...**

In II. III. IV. Præceptum De Juramentis, Votis, Observatione Festorum, & Jejuniorum, ac obligatione Pietatis & Observantiæ erga Majores: Charitate & Misericordia erga proximum. Pars III.

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1713**

Caput VI. De obligatione Charitatis, & Misericordia erga Proximum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60022](#)

vantia, & gratitudine erga hominem, seu creaturam. Nam pietas, observantia, ac gratitudo erga DEUM, ut supremum nostrum PARENTEM, Dominum, ac Benefactorem spectat ad virtutem Religionis, imò in re cùm virtute Religionis coincidunt, & solum speciali respectu excellentiæ divinæ super eos differunt, ut supra suo loco notatum in primo Præcepto: sic consequenter impietas, inobservantia, & ingratitudo erga DEUM ad peccata contra virtutem Religionis reducenda sunt.

## CAPUT VI.

### De Obligatione Charitatis, & Misericordia erga proximum.

**C**haritas est virtus Theologica & supernatura-  
ralis, quâ Deus propter se diligitur, proxi-  
mus antea propter Deum. Definitio communi-  
sima latè explicata est in primo Præcepto Decalogi  
c. 5. Sect. 1. tam quoad actum principalem amoris  
Dei super omnia, quam quoad actum secundarium  
dilectionis proximi propter Deum §. 4. toto. Hic  
solum de obligatione Charitatis & dilectionis pro-  
ximi agendum erit, & necessariò aliqua explicanda.

II. Præceptum Charitatis & dilectionis proxi-  
mi frequentissimè inculcatum in Scripturis, sed spe-  
cialiter expressit Salvator, Matth. 22. ubi post ma-  
gnum Mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum*  
&c. statim subjungit: *Secundum autem simile huic:*  
*diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Ubis sic te ipsū,*

Q q a

non

non significat æqualitatem dilectionis, quasi homo sibi æqualiter in omnibus tensatur diligere proximum, sicut seipsum: nam ordine Charitatis homo tenetur magis diligere seipsum, quàm proximum, cæteris paribus, ut *Sect. 4.* videbimus; sed significat proportionem, & æqualitatem in modo, & motivo diligendi, ut nimis in iis, quibus nos ipsos diligere debemus, etiam diligamus proximum, juxta universalia principia Legis Naturæ. *Quacunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Quod tibi vis fieri, alteri ne feceris.* Et sicut nos ipsos propter Deum, & in ordine ad DEUM tantum diligere debemus, volendo nobis ipsum Deum, & ad ipsum ordinata salutaria bona tantum, oppositaque mala fugienda, ita & diligamus proximum.

3 III. Præceptum dilectionis proximi simul affirmativum, & negativum, quadruplicem continet obligationem. Ut affirmativum est, obligat, ut proximo bene velimus interius, & cum opus sit, etiam benefaciamus exterius in spiritualibus, & corporalibus: Ut autem est negativum, prohibet proximum odisse, seu ei male velle interius; & non malefacere, vel ei nocere exterius. Præcipitur ergo duplex actus Charitatis erga proximum: unus internus, & elicitus, proximo bene velle; alter externus, & imperatus, proximo, cum opus est, benefacere, tam spiritualiter, quam corporaliter. His opponitur duplex peccatum omissionis, scilicet non amare, vel bene velle proximo; & non benefacere, cum oportet. Et de his agimus hoc capitulo.

capite. Prohibetur autem duplex similiter actus oppositus, nimis odiſſe, vel male velle proximo interius, & ei malefacere exteriū. Ubi committitur duplex peccatum commissionis, nimis male velle proximo per odium &c. de quo *Tract. præced. c. 6.* Et malefacere, vel nocere proximo, aut in spiritualibus per scandalum, de quo *tr. s. c. I.* Aut in corporalibus per injuriam, & injustam læsionem proximi, in bonis vitæ, famæ, fortunæ: & hoc necessariò simul est peccatum contra justitiam, de quibus in reliquis omnibus Præceptis se-  
cuudæ Tabulæ.

IV. Charitati denique Theologicæ admodum est affinis alia virtus moralis, dicta *Misericordia*: & definitur à D. Augustino l. 9. de Civit. DEI c. 5. *Misericordia est aliena miserie in corde nostro compassio, quā utique, si possimus subvenire, compellimur.* Hujus actus externus generatim dicitur græcè *Eleemosyny*, quasi *miserans subventio*: & quia homo constans anima, & corpore in utroque misericordiam pati potest, & misericordiæ subventione indigere; hinc duplex est misericordia, corporalis, & spiritualis, & opera misericordiæ duplia, corporalia, & spiritualia: atque utrinque communiter enumerantur septem, de quibus latissimè *S. Thom.* 2. 2. q. 32. a. 2. & sequentibus. Opera misericordiæ corporalia sunt: Pascere esurientem: potare sitientem; vestire nudum: visitare infirmum: redimere captivos: sepelire mortuos. Versus: *Visito, Poto, Cibo, Redimo, Tego, Colligo, Condo.* Quæ omnia comprehenduntur nomine eleemosy-

Qq 3

næ

nx corporalis; de qua mox Sect. 2. Opera Misericordiae spiritualia sunt: docere ignorantem: consulere dubitanti: consolare mœstum: corrigere errantem: tolerare onerosum: remittere injurias: pro omnibus orare. Versus:

*Doce, Consule, Castiga, Solare, Remitte, Fer,  
Ora.*

Inter hæc præcipua est correctio fraterna, de qua Sect. 3. & 4. Sect. agemus de ordine Charitatis.

### S E C T I O I.

*Obligatio Charitatis quoad actum internum  
amandi, & externum beneficiendi proximo  
generatim.*

#### S U M M A R I U M.

6. Usque ad n. 9. Amor proximi debet esse supernaturalis tripliciter I. ex parte principii. II. ex parte motivi. III. Ex parte objetti.
9. Debet esse amor amicitiae, ei solendo bona salutaria in ordine ad Deum. Et
11. Non sufficit amor concupiscentiae tantum.
13. Tenemur Precepto Charitatis diligere omnem proximum etiam peccatorem.
14. Etiam inimicum:
15. Preceptum diligendi proximum obligat semper & pro semper negativè, excludendo omne odium.
16. Usque ad n. 22 Quando obliget positivè.
22. Quilibet sub mortali obligatur.
23. Ex Charitate, & Misericordia.
25. benefacere proximo corporaliter & spiritualiter,
26. quando id vera necessitas exigit: Ubi
27. Usque ad n. 31. Que & quando sit vera necessitas?
31. Usque ad n. 36. Quandoquis censetur moraliter possit teneri succurrere proximo;

AS.

## ASSERTIO I.

**P**raecepto Divino Charitatis tenetur homo amore <sup>5</sup> supernaturali, & amicitia diligere quemcumque proximum, saltem negative excludendo odiū, & malevolentiam; positivè vero, actu interno, non nisi quandoque per accidens. Ita communis DD. apud citandos. Termini modò explicandi sunt.

## §. I.

*Amori supernaturali.*

**A**mor proximi hoc Præcepto intentus, debet esse supernaturalis tripliciter ex parte principii motivi, & objecti.

I. *Ex parte principii:* Scilicet elicitus ex habitu <sup>6</sup> infuso Charitatis, quā nimirum Deus propter se, proximus autem propter Deum diligitur. Idem namque habitus infusus præstantissimus Charitatis inclinans principaliter quidem ad dilectionem, & amorē Dei super omnia, propter se, seu propter sui ipsius intrinsecam, infinitam, & irreferibilem bonitatem, tanquam ad actum principalem, etiam inclinat secundariō & movet ad dilectionem proximi atque sui ipsius propter eandem bonitatem Divinam ut participatam in proximo, & nobis ipsis, tanquam ad actum secundarium cum priori connexum, ut suo loco latius explicatum. Et hinc

II. Debet esse supernaturalis *ex parte motivi:* ut <sup>7</sup> nimirūm diligatur proximus propter Deum, seu propter bonitatem supernaturalem à bonitate divina in proximo participatam; quatenus nimirūm est creatura Dei, condita ad imaginem Dei, capax nobiscum gratiæ divinæ, beatitudinis æternæ, &

Q q 4

verbō

616 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
verbo: quatenus est aliquid Dei. Unde totius Charitatis Theologicæ inelistantis ad dilectionem Dei, & proximi, ac sui ipsius, objectum & motivum formale, & adæquatum est bonitas Dei: Bonitas enim Dei, quatenus propriè inest ipsi Deo, est objectum formale Charitatis amantis ipsum Deum propter se: eadémque Bonitas Dei quatenus suo modo participata est, & velut relucet in proximo, at nobis ipsis, est objectum formale, ac motivum Charitatis amantis proximum, & nos ipsos propter Deum.

8 III. Debet esse supernaturalis *ex parte objecti voluntatis*: ut nimirum proximo velimus bona supernaturalia, utpote principaliter ipsum Deum, æternamque beatitudinem, & omnia ad hanc ordinata, ut mox specificabitur. Excluditur ergo omnis amor proximi naturalis tantum ex motivo, vel objecto naturali præcisè, quo scilicet diligimus aliquem propter bonitatem naturalem tantum, absque ordine ad Deum. Qui amor, etsi per se malus non sit, non est tamen actus Charitatis Theologicæ, quia non est propter Deum, ideoque nec meritorius, nec consequenter satisfacit præcepto Charitatis divinae diligendi proximum propter Deum formaliter & positivè; sed tantum satisfacit materialiter, & negativè, quatenus excludit transgressionem præcepti dilectionis, odium, malevolentiam &c.

### §. II.

#### *Et amicitie;*

9 I. **T**Enemur amare proximum vero amore amicitiae, ei bene volendo, nimirum volendo, vel

## Sect. I. De obligat. Charitatis erga prox. 617

vel desiderando ipsi vera bona salutaria in ordine ad DEUM: nimirum principaliter ipsum DEUM, gratiam, ac beatitudinem æternam, aliisque bona spiritualia, ac etiam corporalia; quæ ad hæc concidunt, & ordinantur. *Ratio est:* Quia præceptum dilectionis proximi est simile præcepto dilectionis DEI (nimirum non absolutè, & quoad modum diligendi, quasi sicut DEUS propter se ipsum super omnia, sic etiam proximus amari debet, hoc enim implicat, sed respectivè quoad motivum diligendi, ut sicut Deus diligitur propter se, sicutque bonitatem infinitam, ita propter ipsum, ejusque bonitatem diligatur proximus) atqui actus Charitatis divinæ est vero affectu amicitiæ Deo velle se ipsum, & omne bonum suum: ergo eadem ratione Charitatis Theologicæ in proximum actus debet esse vero affectu amicitiæ proximo velle omne verum, & omne salutare bonum; utpote gratiam ac gloriam &c. idque vel amore, vel affectu complacentiæ, congaudendo ei, quatenus talia bona jam habet; aut amore & affectu desiderii, quatenus aliquid eorum nondum habet, ei desiderando, & cùm opus & est occasio, etiam procurando.

II. Non ergo præcepto Charitatis tenemur vel-**IO** le, vel optare proximo ea bona, quæ ei salutaria in ordine ad DEUM non sunt, quin potius nociva: imò talia ex ipsa vera Charitate, ei positivè nolle possumus, v.g. Titio potes nolle divitias, potentiam, dignitatem, scientiam &c. quia vides cum ipsis contra salutem suam, vel aliorum, aut in aliorum detrimentum abuti. Sic enim non male,

Qq 5

sed

sed verè benè vis Titio, cùm ei secundum rectam rationem melior sit eorum privatio, quām possessio, prout latius patet ex dictis tr. 2. c. 6. in explicacione odii.

**II** III. Excluditur ergo, & praecepto dilectionis proximi minimè satisfacit amor concupiscentiae tantum, quo nimis diligimus proximum praecise, quatenus nobis bonus, conveniens, utilis, vel delectabilis est: quia hic amor purè naturalis est omni homini, etiam Ethnico communis. Quod si diligamus proximum quatenus est nobis bonus, vel utilis spiritualiter in ordine ad DEUM, vel salutem nostram, v. g. bonus Superior, vel Confessarius, erit sane actus Charitatis Theologicæ: at non quatenus est amor concupiscentiae erga proximum; sed quatenus est amicitiae erga nos ipsos, & ipsum Deum. Nam amans proximum, ut bonus sibi spiritualiter in ordine ad Deum, & salutem, magis, quam proximum, amat seipsum, & seipso adhuc magis amat ipsum DEUM. Quia;

*Propter quod unumquodque tale, & illud magis tal.*

**II** IV. Tandem in praecepto dilectionis proximi etiam implicitè contineri praeceptum dilectionis sui ipsius, notum est ex terminis praecepti. Cùm enim dictum est: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum: & tui ipsius dilectio prætermissa non est:* ait D. August. l. De Dott. Christiana c. 2.

### §. III.

#### *Quemcunque Proximum.*

**I**3 P Ræcepto Charitatis tenemur diligere omnem proximum, etiam quantumvis peccatorem, etiem

iam inimicum nostrum. Certum de fide: & omnium Theologorum cum S. Thoma 2. 2. q. 25. n. 6. Scoto 3. dist. 30. & 38. Ratio sumitur ex generali Mandato: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* nemine excepto, nisi non proximo, qui scilicet gratia Dei, & æternæ beatitudinis nobiscum amplius capax non est, ut sunt soli dæmones, & damnati: Omnis autem proximus noster est creatura rationalis nobiscum capax gratiae, & beatitudinis, ut sunt in primis Angeli, Beati, ac etiam animæ in purgatorio, quas novimus jam certas gratiae, ac beatitudinis; & deinde omnis hominivator, tam fidelis, quam infidelis, bonus, malus, etiam quantumvis peccator, vel inimicus noster. Hos enim novimus adhuc gratiae, & amicitiae DEI, atque beatitudinis æternæ capaces. Omnes ergo ex Charitate diligendi sunt propter DEUM, eisque bene volendum, prædictis modis.

II. Et quoad inimicos speciale habemus mandatum à Christo Matth. 5. *Audistis, quia dictum est antiquis: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum* (fuit hoc Pharisæica depravatio præcepti divini. Levit 19. *Diliges amicum tuum:*) *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos: orate pro persequentiibus, & calumniantibus vos.*

III. Sed ne terreas Mandatō tantō, notanter dixi in Assert: saltem negativè, excludendo odium, & malevolentiam &c. Sic enim sine dubio præceptum divinum Charitatis obligat semper, & profundi-

semper, ita ut nunquam liceat proximo, etiam quantumvis inimico malè velle per odium, aut bonum nolle, vel de ejus bonis tristari per invidiam de quibus latè *tr. 2. c. 6. Secl. 2. de odio, & inimicitia*, ubi fusè explicatum, qualiter homo teneatur amare inimicum, offendam remittere, signa Charataris exhibere &c. Positivè verò actu interno formalí explicito proximum, præsertim inimicum amare, ei benè velle, bona gaudere, vel desiderari, per se ex professo nunquam obligamur ex præcepto affirmativó Charitatis. Nam huic præcepto dilectionis proximi generaliter imbibito in omnibus præceptis divinis circa præceptum, præsertim secundæ Tabulæ, abundè satisfit: dum quis vult servare propter Deum, & data occasione defacto observat præcepta divina circa proximum abstinendo ab omni odio, & injuria, & cum opus est, etiam exhibendo opera externa Charitatis: is sanè ipso facto diligit proximum, sicut seipsum: & sæpe etiam actu interno formalí amoris, seu benevolentiae ipsum diligit, cum illa opera Charitatis sæpe fieri non possint sine aliquo actu interno amoris, & benevolentiae, ut mox patebit. Et hinc sequitur.

## §. IV.

*Positivè verò, actu interno, non nisi quandoque per accidens.*

**I<sup>6</sup>P**ositivo, & formalí actu interno amoris, seu benevolentiae, ex præcepto Charitatis per accidens solum tenemur quandoque amare proximum, quando nimis ita exigit, aut periculum odii

odii evitandum, aut opus externum Charitatis exhibendum: adeoque in triplici potissimum casu.

**Primo:** Quod si urget gravis tentatio odii, vel <sup>17</sup> affectus maligni in proximum, quae prudenti iudicio rem aestimando, aliter superari non posse videatur, quam contrario actu amoris proximum prosequendo, teneris tunc positivè amare, juxta communissimam DD. Teneris enim tunc resistere peccato contra Charitatem proximi; nec aliter posse supponitur, nisi actu contrario amoris. Ubi tamen, si omisso amore, temptationi odii succumbas, omissione amoris, & commissio odii non duo; sed unum tantum numero peccatum contra Charitatem constituunt, ut in simili alibi saepius notatum est.

**Secundò:** Quotiescumque homo jam habitò o-<sup>18</sup> diò, & inimicitia erga proximum, tenetur reconciliari eidem, maximè veniam petenti (juxta dicta tr. 2. c. 6.) Implicat enim fieri reconciliacionem veram cum inimico, nisi per elictum novum actum amoris, ac benevolentiae erga ipsum: aliquin erit reconciliatio ficta, qualem non præcipit, sed prohibet Lex Christianæ Charitatis.

**Tertio:** Quotiescumque tenemur ex Charitate<sup>19</sup> benefacere, vel succurrere proximo, ut in extrema vel gravi necessitate constituto. Actus enim externus beneficiandi necessario presupponit actum internum Charitatis, ac benè volendi: sine quo benefacere non Charitas est, sed hypocrisis. Extra hos casus actualiter amare proximum, amicum, vel inimicum, est in consilio pro majori merito,

rito, ac perfectione Charitatis. Et sanè, quò quis intensius ac frequentius exercet actus amoris Dei, eò etiam frequentius exercebit actus amoris proximi propter Deum, ut experientia disces.

**20.** Vides hanc nostram doctrinam nihil commune habere cum propositionibus damnatis ab Innocentio XI. **10.** *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formaliter.* **11.** *Precepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externaliter.* Quod nos nullo modo dicimus, aut sentimus.

**21.** Patet ergo jam de obligatione Charitatis quoad actum internum amandi, & opposito peccato omissionis: illud nimirum per se vix unquam committi, sed solum per accidens in dictis casibus. De peccatis internis commissionis contra Charitatem proximi, odio, inimicitia, vindicta &c. in commode Confessariorum jam dixi satis *tr. 2. cit. c. 6.* Nunc quoad actum internum Charitatis erga proximum, scilicet beneficiandi corporaliter, & spiritualiter, sequitur

### ASSERTIO II.

**22.** *O* Muis homo jure naturali, & divino positivo sub mortali obligatur ex charitate, & Misericordia proximo benefacere corporaliter, & spiritualiter, seu bonum praestando, seu malum injuriam impediendo, quando vera necessitas proximi ita exigit, & moralis possibilitas adest: quando nimis concurrunt haec: *NOTITIA, NECESSITAS, FACULTAS SUCCURRENDI, INDEMNITAS SUCCURRENTIS, & SPES FRUCTUS.* Certa apud Omnes. Ratio obligationis clara est:

Quia

Quia præceptum divinum naturale positivum est:  
Diliges proximum tuum sicut te ipsum: Atqui hoc  
præcepto non solum præcipitur actus internus Cha-  
ritatis, & benevolentiaz, ut excludat omne odium,  
& malevolentiam, sed etiam maximè actus exter-  
nus beneficentiaz erga proximum in necessitate,  
vel miseria constitutum; hoc enim exigit necessa-  
rio præstituta mensura diligendi proximum, sicut  
seipsum: juxta principia universalia legis naturæ:  
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: & Qua-  
cumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos  
faciatis illis: quotusquisque autem vult sibi tantum  
bonum velli à proximo, & non multò magis etiam  
beneficii in necessitate, vel miseria constituto:  
Ergo &c. Plenæ sunt hoc præcepto Sacrae Litteræ.  
maximè apud Evangelistam amoris: 1. Joan. 3.  
Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit  
fratrem suum necessitatem habere, & clauserit vi-  
sera sua ab eo, quomodo Charitas DEI manet in  
illo? Quasi dicat, non manet. (Charitatem autem,  
& gratiam Dei non manere in homine, est effe-  
ctus peccati mortalis &c.) Ibidem. Filioli mei non  
diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veri-  
te. Et Jacobi. 2. dicitur: si frater & soror nudæ  
sint, & indigent vixit quotidiano, dicat autem  
aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, &  
saturamini, non dederitis autem eis, qua necessa-  
ria sunt corpori, quid proderit? Ergo tenemur  
etiam ipso opere proximo benefacere. Conditio-  
nes autem obligationis accurate exprimuntur in  
Assert. Explico breviter.

§. I.

## §. I.

*Obligatur ex Charitate, & Misericordia.*

**N**imirum etiam seclusa justitia. Nam duplex potest esse obligatio beneficiandi proximo, solum Charitatis generalis, vel specialis; & Charitatis, ac justitiae simul. **Titulò Charitatis communis**, videlicet ex communi innato affectu, & communicatione naturae, tenetur homo homini simpliciter benefacere, vel succurrere, sit barbarus, vel Scytha. **Titulò Charitatis specialis**, ratione specialis conjunctionis naturae, tenetur homo benefacere, vel succurrere praeceteris sibi speciali ratione conjunctis, ut parentes filiis, filii parentibus; fratres, sorores, cognati, affines invicem; Christianus Christiano, civis civi &c. tam notis, quam aliis extraneis, ut patebit de ordine Charitatis. **Titulò verò mixto Charitatis, & justitiae, simul**, tenetur benefacere proximo, qui ex officio, vel pacto aliis ad beneficiendum, & subsidium adferendum adstricti sunt. Sic Rex, Magistratus populo, Prælatus, Pastor, Superiori sibi commissis, tenentur succurrere duplice titulò, & Charitatis, & Justitiae: quia nimirum vi officii ex justitia Superiores tenentur ad conservationem suorum subditorum; sive quoad temporalia, in Magistratu sæculari; sive quoad spiritualia, in Magistratu Ecclesiastico, vel Religioso: ideoque in his, sicut major, & duplex est obligatio, ita & major & duplex erit peccatum, scilicet & contra Charitatem, & justitiam, si tales non succurrant proximo, necessitate exigente v.g. Magistratus ci-

vibus

vibus bello, vel fame periclinantibus, Parochus subdito in peste, vel periculo mortis Sacra menta petenti.

Porro quamdiu adsunt, qui vel ex titulo mixto<sup>24</sup> Charitatis, & justitiae, vel ex titulo speciali Charitatis, tenentur proximo in spirituali, vel corporali necessitate succurrere, atque etiam succurrere posse, & velle creduntur, tamdiu alii titulo communis Charitatis, & Misericordiae non obligantur succurrere proximo illi, quia tunc respectu illius nulla est necessitas exigens, ut ullus aliis succurrat: At vero, quando vel desunt, qui titulo justitiae, vel Charitatis specialis teneantur succurrere, vel licet adsint, tamen non possunt, vel non volunt ex malitia succurrere, tunc nimis omnis homo, cui innotescit vera gravis, vel extrema necessitas corporalis, spiritualis proximi, titulo, & praecerto Charitatis communis sub mortali obligatur pro posse succurrere, ut mox patebit amplius. Idque bene explicat Christus *Luca* 10. parabolâ de eo, qui incidit in latrones: cui (forte iudeo) cum Sacerdos, & Levita titulo Charitatis specialis obligati, tamen transeuntes gravi culpa non succurrissent, Samaritanus extraneus solo titulo Charitatis communis opem tulit: concluditque Christus: *Vade, & tu fac similiter.*

### §. II.

Proximo benefacere corporaliter, & spiritualiter.

**P**roout nimis omnis necessitas, & miseria proximi<sup>25</sup> exigit, seu bonum praestando, sive malum in-  
THEOL. MORAL. PARS III. Rr justum

justum impediendo: & qui polleat enim proximo bonum facere, & malum impedire: adeoque sicut omnis, qui potest, tenetur ex Charitate proximo bonum facere, ita & malum ejus injustum, vel injuriam (non item malum justum v. g. justam pœnam &c.) impedire, juxta universalem legem Dei, Ecclesiast. 17. *Et mandavit illis unicuique de proximo suo.* Et olim varias tulit Leges DEUS de conservatione rerum proximi, etiam inimici, ut *Exodi 23. Si occurreris bovi inimici tui, ant asino erranti, reduc eum &c.*

Tenetur ergo homo impedire malum proximi non tantum spirituale, videlicet peccatum, vel peccandi periculum, ut patebit infra de correctione fraterna, & scandalo; sed etiam quodvis malum injustum corporale, vitae, famæ, vel fortunæ: quatenus nimis absque proprio detimento potest. v. g. Videt quis latronem, vel hostem gladio aggredi proximum, si absque sui evidenti periculo potest clamore, armis, vel alio modo impedire, ne occidatur, tenetur sub mortali. Item potest quis innocentem à morte liberare commode, ut pote testimonio, juramento justo, pecuniâ sibi non multum necessariâ, tenetur sub mortali, cum sit vera, & extrema necessitas proximi. Item vides furem domum proximi invadentem, potes commode impedire, clamore, vel alio medio, teneris etiam sub mortali, si aestimes grave damnum inferendum proximo: secus, si leve tantum- v. g. panem, vel fructus ablaturum. Item vides quosdam publicè detrahere proximo, atque ex illa detractione eum in-

juste

justè gravem infamiam, aliudve malum subiturum, potes autem efficaciter, & sine gravi, vel æquali tuo incommodo impedire, teneris eum defendere sub mortali. Secùs, si scires, te nihil profectum; aut, ut contingere solet, te æquale periculum subiturum: tunc enim non teneberis te exponere periculo, juxta ordinem Charitatis. *Ex communi nominatim March. hic Tract. 2. Tit. 4. Sæt. 2. q. 1. §. 4.*

### §. III.

*Cum veranecessitas proximi exigit.*

**P**ræceptum benefaciendi proximo, ut affirma-<sup>26</sup>  
tivum est, præcipiens nimirum actu proximo benefacere, seu malum auferre, utique non obligat pro semper, sed solùm certo tempore, vel casu: neque hic aliud tempus vel casus assignari potest, nisi tempus & casus veræ necessitatis ita exigentis. Vera autem necessitas censenda est: *Cum homo alieno subsidio necessariò indiget ad vitam spiritualem, corporalem, sive moralem, & civilem conservandam.* Quam Regulam benè tradit Mar-  
chant. cit. q. 1. dub. 1. Dicitur autem.

I. *Cum homo: Comprehendendo omnem homi-*<sup>27</sup>  
rem nostrum proximum, amicum, inimicum, fi-  
delem, catholicum, infidelem, hæreticum &c.  
omnes enim proximi intelliguntur; & omnibus in  
vera necessitate succurrendum, juxta tamen dicta  
§. I. & dicenda infrà de ordine Charitatis.

II. *Alieno subsidio indiget: Quocunque, corpo-*<sup>28</sup>  
rali, vel spirituali. Quamdiu enim homo sibi  
ipso succurrere, vel se ipsum juvare potest: ut si pau-

R t 2

per

per mendicans suo labore, industriâ, vel ministerio aliquo sibi necessaria acquirere potest, tamdiu non censetur veram necessitatem pati, ob quam alieno subsidio necessariò egeat. Fieri tamen solet, ut homo, et si antea potuerit sibi providere labore & industriâ, adeoque suâ culpa, & negligentiâ, postea tamen in veram necessitatem incidat, quâ durante, ope, & subsidio verè & necessariò egeat.

**29** *III. Necessariò ad vitam spiritualem, corporalem; sive moralem, & civilem conservandam.* In his tribus concluditur omnis omnino vera necessitas, quæ homini contingere potest. Vita spiritualis dicitur vita animæ per gratiam, & alia ad hanc necessaria, ad quam conservandam homo sæpè necessariò indiget subsidiò alieno, utsiote administratione Sacramentorum, necessaria instructione correctione &c. Vita corporalis similiter indiget alimentis, vestimentis, aliisque necessariis ad sui conservationem, sæpè per alienum subsidium acquirendis. Vita moralis & civilis consistens in honestate morali, integrâ famâ, honesto statu, sæpè etiam indiget subsidio alieno, ut nimis manifestum.

**30** *IV. Quotiescunque ergo occurrit tanta necessitas proximi, ut vitam suam spiritualem, vel corporalem, vel civilem conservare non possit, omnis homo sciens & potens ex Charitate obligatur succurrere, etiam sub mortali pro ratione materia. Patet in allatis exemplis. Sacerdos etiam simplex vel non curatus, si aliis non adsit, qui facere debet, homini ad mortem laboranti sub mortali tenetur Poenitentiaz Sacramentum ministrare, para-*

sum

ap. VI.  
inisterio  
ndiu non  
m alieno  
, ut ho  
re & in  
, postea  
durante

corpora  
lam. In  
necessi  
ta spiri  
. alia ad  
omo fa  
te admis  
tructio  
diget a  
sui con  
cquire  
onestate  
tiam in  
  
necessi  
l corpo  
anis ho  
tur suc  
materia  
implex  
cere de  
rtali te  
, para  
tum

Sect. I. De obligat. Charitatis erga prox. 629

ratum disponere ad Sacramentum, & bonam mortem; similiter infantem baptizare &c. Homini extrema, vel gravi necessitate laboranti alimento, vel vestimento succurrere quicunque sciens & potens tenetur sub mortali. Idemque est in exemplis modo dictis suprà.

§. IV.

*Et possibilias adest moralis.*

**U**TIQUE non Physica tantum, sed moralis, quā 31 quis hīc & nunc commodè possit: Charitas enim ordinata plus non obligat. Ad hoc autem ut quis verē censeatur moraliter posse, & teneri proximo succurrere, seu ut moralis possibilias ad- sit, quatuor requiruntur in Assert. expressa, & sunt sequentia.

I. *Notitia necessitatis proximi*: Ubique enim 32 à lege excusatur ignorans; qui ergo vel omnino nescit proximum esse in necessitate; aut si hoc sciat, scit tamen alios debere & posse, velle succurrere, ipse non tenetur succurrere, quia non scitur, & reverā non est necessitas proximi, ut ab ipso sublevanda. At verō cūm primū ei innotescit necessitas proximi vera ac gravis, & quamdiu non est, vel non scitur esse alius, qui debeat, possit, & velit succurrere, tamdiu tenetur quilibet succurrere pro posse. Attamen vi præcepti Charitatis nullus tenetur inquirere proximos necessitatem patientes, ut eis succurrat, ut insinuatur I. Joan. 3. *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum habere necessitatem &c.*

II. *Facultas succurrenti*: Ut nimis debens 33

R r 3      suc.

630 Tratt. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.

succurrere proximo, habeat, vel possit id, quo suc-  
currere debet. Nam impotentia excusat à Lege;  
Et Qui nihil habet, nihil debet. Sic non potest, nec  
consequenter debet succurrere pauperi, qui ipse  
pauper non habet pecuniam, panem &c. Sic Sa-  
cerdos excusatur, qui in infirmitate ipse detentus  
nequit accedere infirmum ad Sacra menta admini-  
stranda.

34 III. *Indemnitas succurrentis*: Ut nimirum quis  
sine gravi, vel æquali suo damno, aut periculo possit  
succurrere alteri. Sic nimirum in spirituali, vel  
corporali necessitate tenetur quis alteri succurrere,  
ut tamen ipse eandem, vel similem ex hoc necessi-  
tatem non incurrat: nam ex ordine naturali Cha-  
ritatis quilibet tenetur magis amare seipsum, quam  
alterum in eodem genere E. g. Proximo extrema  
necessitate laboranti teneris succurrere, etiam ipse  
gravi necessitate pressus, sic tamen, ut ipsem inde  
extremam necessitatem non incurras. Vides alte-  
rum in periculo mortis, in latrocinio, naufragio  
&c. teneris succurrere, dummodo non ipsem  
periculum mortis ineas. Sacerdos non curatus te-  
netur alteri in periculo mortis succurrere, Sacra-  
menta ministrando, non tamen periculo mortis  
suæ. Secùs est de Sacerdote curato, seu Parocho  
proprio ex justitia obligato: ut infra magis patebit  
de ordine Charitatis.

35 IV. *Spes fructus, seu effectus futuri*; ut nimi-  
rum quis sciat, & speret se ope suæ proximi necessi-  
tatem sublevare poss, vel sublevandam esse. Quòd  
si enim nulla spes sit proximum in necessitate sub-  
levan-

levandi cessat jam possibilitas, & consequenter obligatio succurrenti. v. g. Non teneris pauperi cibum deferre, quem scis jam animam agere, aut sicas à militibus in via rapiendum omne &c. Et ita in similibus. His ita generaliter positis circa obligationem beneficiandi, vel succurrenti proximo corporaliter, & spiritualiter: nunc ad specia-  
lia descendendum.

## SECTIO II.

*Obligatio Eleemosyna corporalis.*

## SUMMARIUM.

- 36. Eleemosyna definitio.
- 37. Est opus summè meritorium, satisfactorium, & impe-  
tratorium.
- 38. Ad quod homo ex precepto divino naturali & positivo  
aliquando obligatur juxta rationem necessitatis aliena,  
& facultatis propriae. Unde.
- 39. Obligatio dandi eleemosynam pendet, & metienda est à  
duobus, scilicet ex facultate propria, & necessitate  
aliena.
- 40. Usque ad n. 43. Qua bona dicantur necessaria, vel su-  
perflua naturæ & statui?
- 43. Necessitas est triplex: extrema, gravis, communis.
- 44. Usque ad n. 48. resolvuntur quidam casus.
- 49. Proximo necessitate extrema laboranti tenetur quis suc-  
currere sub mortali, non tantum de superfluis, sed  
etiam de aliquibus necessariis statui. Vnde
- 50. Usque ad n. 55. resolvuntur variii casus.
- 55. Quando. & qualiter quis teneatur succurrere proximo in  
necessitate gravi.
- 56. Usque ad n. 60. exceptiones & casus variii.
- 60. Habentes bona simpliciter superflua naturæ & statui pro-  
babiliissime, etiam sub mortali teneri quandoque face-

632 Tract. III. in IV. Praecept. Decal. Cap. VI.

re eleemosynam pauperibus communem tantum necessaria-  
tem patientibus.

61. Probatur hanc usque ad n. 66.

66. Usque ad n. 70. Exceptiones & casus.

70. Corollarium quoad dicitur.

71. Eleemosyna ordinariè solum fieri potest de bonis propriis  
& justis.

72. Exceptiones & casus Usque ad n. 75.

75. Quando & qualiter eleemosynas facere possint uxores?

76. Qualiter filii-familias do bonis parentum: Item

77. Qualiter servi, & ancille de bonis Dominorum:

78. Qualiter Religiosi de bonis Monasterii:

79. Corollarium.

36 **E**leemosyna definitur à S. Thoma 2. 2. q. 32,  
a. 1. Opus, quo datur aliquid indigentis  
ex commiseratione propter Deum. Non enim  
consideratur hic eleemosyna, seu beneficentia in  
proximum, quatenus præcisè est actus misericor-  
diæ, virtutis moralis, compatiens miseriæ pro-  
ximi, præcisè ratione communicationis naturæ;  
sed consideratur præcipue, ut est actus imperatus  
Charitatis Theologicæ proximo benevolentis, ac  
beneficentis, & consequenter etiam ejus miseri-  
am condolentis, ac pro posse sublevantis propter  
Deum, seu quatenus proximus miser est aliquid  
Dei, divinam bonitatem participans: adeoque  
quatenus opera misericordiæ à Charitate imperan-  
tur, atque apud DEUM meritoria sunt. Quod  
valde notandum, & plebi explicandum est, ne  
operum misericordiæ meritum, & mercedem  
amittant. Hic certa aliqua præsupponenda sunt.

Pri-

## Primum Certum.

Certum est eleemosynam quam maximè esse in consilio, utpote opus summè meritorium, DEO gratissimum, maximè satisfactorium, & impetratorium, quo nihil saepius in Scripturis commendatur, eique præstantissimi apud DEum efficiuntur, & specialiter etiam remissio peccatorum. Tobiæ 4. *Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.* Ibidem 12. *Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, que purgat peccata, & facit invenire misericordiam;* & viam aeternam Eccles. 3. *Eleemosyna resistit peccato.* Danielis 4. *Peccata tua eleemosynis redime.* Et ipse Christus Luc. 12. *Quod superest: date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Et alibi saepissimè. Ubi tamen sciendum, eleemosynam non habere vim remittendi peccata per se infallibiliter: neque ex opere operato, ut Sacramenta; neque ex opere operantis, ut amor DEI super omnia, & contritio perfecta: ut constat ex illo 1. Corinth. 13. *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas &c. Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Et tandem hæreticum eslet dicere, eleemosynam sine poenitentiaremittere peccata. Dicitur ergo eleemosynam remittere peccata duobus modis: 1. Per accidens, & infallibiliter ratione adjunctæ Charitatis, quando scilicet subvenitur proximo ex actuali amore Dei super omnia, seu propter Deum super omnia dilectum; ut notant DD. cum S. Thoma cit. 2. Im-

Rr s

petra-

petratoriè per se quidem, non tanmen infallibiliter  
quatenus homo etiam peccator per eleemosynam  
debitè frequentatam, impetrat auxilia gratiæ actua-  
lis; quibus plerumque efficaciter juvatur, & mo-  
vetur ad conversionem, pœnitentiam, & justifi-  
cationem, juxta illud Christi Matth. 5. Beati mis-  
ericordes, quoniam ipsi misericordiam consequen-  
tur. Et constat ex exemplis Sacræ Scripturæ, ut  
de Cornelio, Centurione, & aliis.

## Secundum certum.

**38** Certeissimum est de Fide, etiam Præcepto Di-  
vino naturali & positivo obligari hominem ad  
quandam aliquando eleemosynam juxta rationem  
necessitatis alienæ, & facultatis propriæ. Omnes,  
Præceptum naturale continetur generali illo prin-  
cipio Legis naturæ. Quacunque vultis, ut faciant  
vobis homines, & vos facite illis. Quilibet autem  
in vera necessitate constitutus optimo jure naturæ,  
seu, ut vocant, jure poli, vult & exigit sibi subve-  
niri ab habente facultatem: ergo &c. Præceptum  
positivum autem præter mandatum: Diliges pro-  
ximum tuum, sicut te ipsum: frequenter & severè  
fertur in scripturis. Proverb. 21. Qui obdura-  
t aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clama-  
bit, & non exaudietur. Eccles. 4. Eleemosynam  
pauperis ne defraudes: quasi dicat, quia ei jure  
debés. Ezech. 16. Hac fuit iniqüitas Sodoma so-  
roris tua, superbia, saturitas panis, & abundantia  
&c. & manum egeno & pauperi non porrigebant I.  
Joan. 3. in Assert. præcedenti cit. ac alibi sæpiissimè.

Sed

Sed omnium gravissimè Christus ipse Lucæ 16. in Parabola Epulonis: ac Math. 25. *Venite bene-  
diti &c. Esurivi enim, & dedistis mihi man-  
dare &c.* Et contrà. *Ite maledicti in ignem ater-  
num &c. Esurivi enim, & non dedistis mihi man-  
dare:* & consequenter omnes species eleemo-  
synæ, seu misericordiæ corporalis enumerans, pœ-  
nam æternam damnationis, utique solis peccatis  
mortalibus debitam, impiis ab solum defectum  
eleemosynæ in tremendo judicii die infligendam  
denuntiat. Ergo præcepto divino naturali, & po-  
sitivo etiam sub mortali obligatur homo ad dandam  
quandoque eleemosynam: utique tamen, juxta  
modum facultatis suæ, & necessitatis alienæ.  
Nam:

### Tertium certum.

**C**ertum est obligationem eleemosynæ corpora-<sup>93</sup>  
lis à duobus pendere, & metiendam esse, à  
necessitate aliena, & facultate propria: nimirūm  
ex parte dantis, ut habeat bona aliqua superflua:  
& ex parte accipientis, ut habeat veram aliquam  
necessitatem.

### Ex parte dantis.

**B**ona possunt esse necessaria, vel superflua du-<sup>40</sup>  
pliciter quoad naturam seu vitam; & quoad  
personam seu statum. Bona necessaria naturæ, seu  
vitæ sunt, quæ requiruntur necessariò ad conser-  
vandam vitam, & naturam suam, ac familiæ suæ.  
Superflua autem naturæ & vitæ dicuntur, sine qui-  
bus quis suam, familiæque vitam congruè conser-  
vare,

vare, ac tueri potest. Adeoque bona sufficientia naturae & vitae habere censemur, qui habet congruum viictum, vestitum, & domicilium pro se, & familia sua, juxta illud I. Timoth. 6. *Habentis alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus.* Reliqua bona ultra ista dicuntur superflua naturae.

41 Bona necessaria personae, vel statui dicuntur, quae necessaria sunt ad decentem conservationem statutis vel conditionis personae, utpote honestus civis, Magistratus, Nobilis &c. Hi enim ipso iure naturae ad statum, vel conditionem suam tuendam plus requirunt, quam privatus civis plebeius, rusticus &c. secluso tamen abusu moderni temporis, quo nobiles, & potentes summum quemque luxum consent esse de ratione statutis sui. Bona ergo superflua personae, vel statui dicuntur, sine quibus talis sum, familiæque suæ statum sufficienter conservare, ac tueri potest: quae proinde simpliciter dicuntur bona superflua.

42 Ubi tamen advertendum ex communi cum S. Thoma cit. q. 32. a. 1. 1. Sub bonis necessariis vitæ, vel statutis non tantum intelligi necessaria vita vel statui propriæ personæ, sed etiam propriæ familiæ, utpote parentum, filiorum, conjugis, necessarii famulitii. 2. Non tantum necessaria vitæ, vel statui in præsenti, sed etiam quoad futuram necessitatem, quae communiter accidere solet, & moraliter certò accidet: ut pro tempore morbi, senectutis, pro educandis, elocandis, & dotandis liberis &c. (non item pro extraordinariis, vel imaginariis necessitatibus: ut si cæcus fieret, si domus com-

combureretur &c.) 3. Addunt Vasquez, *Filiucius*,  
ali cum Diana p. 1. tr. 15. resolut. 32. sub bonis  
necessariis statuti, etiam comprehendendi illa bona,  
quæ conservantur pro augendo statu, cum bono  
communi expediat mutatio statuum. Merito ta-  
men hic damnata est ab Innocent XI, inter alias pro-  
positio hæc 12. *Vix in secularibus invenies, etiam*  
*in Regibus, superfluum statui, & ita vix aliquis re-*  
*netur ad eleemosynam, quando tenetur tantum*  
*exsuperfluo statui.*

*Ex parte accipientis.*

**T**riplex communiter distinguitur necessitas ,<sup>43</sup>  
*extrema, gravis, communit.*

*Necessitas extrema* dicitur, quâ vita ipsa pericli-  
tatur, vel certè quid æquivaleat: ita ut vel mors  
certò secutura sit, vel morti simile malum: puta,  
gravis, periculosis, vel incurabilis morbus, amissio  
membri principalis, vel sensus corporis, durissima,  
ipsaque morte gravior v. g. Turcica captivitas &c.  
nisi homo ope congrua adjuvetur. *Necessitas*  
*gravis* dicitur, quâ quis vitam valde difficulter,  
statum verò omnino tueri non potest: ut si gravi,  
& diurno morbo, vel fame labores, ob debita diu-  
turno carceri includendus sis, si notabiliter casurus  
à statu tuo, ut si Nobilis servire, vel laborare servi-  
liter cogatur, honestus civis mendicare: denique  
quandocunque subest periculum cuiuscunque ma-  
li, vel damni emergentis gravis, quo amittas ali-  
quid jam habitum, vel tibi debitum. Secùs est de  
lucro cessante, vel occasione acquirendi aliquid  
nondum habitum, vel debitum, ut magnam sum-  
mam,

mam, statum nobiliorem &c. hæc enim non est necessitas sed potius cupiditas. *Necessitas communis* dicitur, quâ homo communiter, non decidendo natabiliter à statu suo, laborat, & cùi cum aliqua morali sollicitudine, ac industria ipsius patientis, vel alias communi, & ordinario modo succurri potest: qualis est pauperum, qui mendicare solent, & mendicando à suo statu non decidunt: Item aliorum egenorum, qui duro licet labore, ægrè tamen se, suosque sustentant: quales necessitates communiores, verè sunt nimis communes hoc tempore apud plebeios. His intellexit, sit,

*Quartum certum.*

44 **C**ertum denique est, quod habens sola necessaria sibi quoad naturam, vel statum, nunquam teneatur facere eleemosynam pro simili necessitate proximo laboranti. Fundatur in naturali Charitatis ordine, quo quilibet quoad bona ejusdem ordinis magis potest, & debet amare seipsum, quam proximum. Et hinc.

45 I. Habens tantum necessaria naturæ, non teneatur, nec potest facere eleemosyam proximo, etiam extrema necessitate laboranti: Quia quilibet suam, suorumque vitam potest, & debet aliorum vitae, & incolumentati præferre. Excipit tamen D. Thomas cit. q. 32. causam his verbis: *Si quis subtrahendo sibi daret alicui magna personæ, per quam Ecclesia, vel Respublica sustentetur: quia pro talis persona liberatione seipso, & suos laudabiliter mor-*

i non es  
cas com-  
non deci-  
& cui cum  
psius pa-  
odo suc-  
endicare  
ecidunt:  
et labo-  
r quales  
is com-  
intelle-  
necessa-  
nquam  
essitate  
Chari-  
n ordi-  
quàm  
tene-  
lomo ,  
ilibet  
orum  
enD,  
s sub-  
quam  
talis  
mor-  
818

tis periculo exponeret, cùm bonum commune sit pro-  
prio præferendum.

II. Similiter habens necessaria statui suo, non<sup>46</sup>  
tenetur cum æquali vel simili detrimento sui statūs  
aliter facere eleemosynam in necessitate gravi, vel  
statūs tantūm, ob eandem rationem, nisi rursus al-  
ter egens esset persona publica Reipublicæ necessa-  
ria, ut paulò ante dictum.

III. Multò minùs tenetur quis in communes<sup>47</sup>  
necessitates pauperum deferre opes, vel bona sua  
necessaria suo statui pro præsenti, vel futura ordi-  
naria necessitate: vel etiam pro rationabiliter au-  
gendo statu: imò non liceret cum notabili detri-  
mento statūs vel familiæ, nisi quis velit paupertate  
Evangelicam amplecti, juxta consilium Chri-  
sti Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade, & vende*  
*omnia, qua habes, & da pauperibus &c. Commu-*  
*nissima cum S. Thoma cit. a. 6. His ut apud om-*  
*nes certis suppositis, pro generali Regula sit.*

### ASSERTIO III.

**P**raecepto Charitatis & misericordia tenetur sub<sup>48</sup>  
mortali homo facere eleemosynam, non tantūm  
in necessitate proximi extrema, etiam de necessariis  
statui, sed etiam in gravi, & probabilissime etiam  
in communi necessitate, de bonis superfluis: sed pro-  
priis, & justis tantūm. Ratio præcepti generalis  
data est in supposito secundo certo, & satis patet  
ex dictis. Assertio nunc per partes explicanda, &  
probanda est.

§. I.

## In necessitate extrema.

**49** PROXIMO extrema necessitate laboranti sub mortali teneris succurrere, non tantum de superfluis, sed etiam de aliquibus necessariis statui.

**Omnes.** Ratio clara est: quia ordo Charitatis postulat, per se loquendo, & cæteris paribus, ut proximi vitam pluris faciamus, quam dignitatem proprii statutis, & multò pluris, quam opes simpliciter, etiam statui superfluas. Hic enim verissimum illud Ambrosii: *Passe fame morientem, si non pavisti, occidisti.*

## Exceptiones &amp; Casus.

**sol.** NULLUS tenetur inquirere tali extremâ necessitate laborantes, sed sufficit succurrere, & j�are notos. *Vasquez aliis cit. Diana p. 5. tr. 8.*  
**Resolut.** 7. Qui tamen dubitaret de alicujus proximi extrema necessitate, teneretur sub mortali inquirere veritatem, quia alias relinqueret se in periculo peccandi mortaliter contra præceptum succurrendi proximo in extrema necessitate, ut notant Sanch. aliique cum Laym. lib. 2. tr. 3. c. 6. Quod si facta inquisitione, dubium perseveret, non teneris succurrere; quia possessio stat pro libertate. *Sanch. aliique cum Diana cit. Resolut.*  
 19. Qui rectè notant, pauperibus publicè expositis, ex nuditate, morbo, defectibus membrorum &c. extremæ necessitatis signa ostentantibus gârò debere succurri sub mortali: quia illa signa communiter exaggerantur, si non omnino singuntur.

Cærum

Cæterum, cùm plures sciunt extremam necessitatem proximi, omnes tenentur succurrere per æquas partes: si nolint alii, omnes tenebuntur in solidum, omnésque scientes, & omittentes peccabunt mortaliiter. Si unus velit totum præstare per se, alii libetabuntur. Quod si verò aliis de contribuendo admonitis, & recusantibus, unus totum præstitit, poterit partes ratas ab aliis jure exigere; vel etiam compendiare. Ita multis cit. Diana codem tract. 8. Resol. 2. & sequentibus.

II. Habens tantum necessaria vitæ & statu<sup>s</sup> ipsius superfluo, tenetnr quidem sub mortali ad extremam proximi necessitatem sublevandam aliquid detrahere de necessariis suo statui, ut dictum est, non tamen cum gravi detrimento sui statu, multò minùs tenetur ideo se de suo statu desdicere, seu illa bona expendere. quibus amissis deberet notabiliter à suo statu cadere; ut si Nobilis idèo servire, honestus opifex mendicante deberet: secundum omnes. Ratio est: Quia non teneris arduis vitam proximi conservare, quàm tuam: sed tuam vitam non teneris sic conservare: non enim teneris v.g. ad sanitatem recuperandam omnes tuas opes expendere, ut postea sanus factus, omnino miser evadas, quia id moraliter morti æquiparatur: ergò minùs alienam. Quin imò etiam de bonis simpliciter superfluis nemo tenetur etiam in extrema necessitate proximi expendere magnam pecunia<sup>m</sup> sumam, ad emendum v. g. exquisitissimum & pretiosissimum medicamentum, et si necessarium, qualem nec ipse infirmus, si pecunias ha-

THFOL. MORAL. PARS III.

Sf beter,



beret, juxta rationem statūs sui sibi comparare debet, ut cum aliis notat Laym. cit. n. 4. Nec ulla casu pro alicujus privati vita quis tenetur exponere magnas divitias: v.g. ter, vel quater mille aureos. Quia tantis divitiis in Republicā plus boni causari potest, quam sit unius privati hominis vita; ut ex communi notat Diana cit. Resolut. 6. Denique ordinariis tantum mediis succurere præcipit Charitas non extraordinariis: esto etiam hoc, ut quid perfectius suadeatur. Excipiendum tamen videtur, si persona esset conjunctissima: ut si filius Patrem, vel pater filium ab injusta morte certò alias inferenda, etiam aliquot millibus, statui tamen suo non valde necessariis. vel superfluis redimere possit, omnino videtur ex charitate & pietate obligandus: quia plus sibi invicem sine dubio debent Pater, & filius quam alii non ita conjuncti.

**52** III. Eleemosyna etiam in extrema necessitate non debetur ex justitia, sed solum ex Charitate: neque enim aliud est *jus poli*, quam naturalis, & generalis obligatio charitatis. Unde qui etiam in extrema necessitate non dedit eleemosynam (nil aliunde ex justitia obligatus fuisset, ut Magistratus, Pater, &c.) secuta morte, vel damno proximi, non tenetur ad restitutionem ullam. Ita communiter DD. Navarrus c. 24. n. 7. *Bellarminus*, *Valentius*, *Filiacius*, aliisque plurimis citatis Diana ibid. Resolut. 2. Ratio est: Quia nullum potest assignari idoneum argumentum tam strictæ obligationis. Non tamen licet emere in servum se volentem vendere in extrema necessitate, sed ei ex charitate gra-

succurrendum est, ut cum Azorio, & aliis docet  
Diana Resolut. 7.

IV. Pauper extremam necessitatem patiens jure<sup>53</sup> curae potest auferre sibi necessaria sufficientia ad solendum necessitatem à quovis similem necessitatem non paciente: nec postea ad pinguiotem forsunam rediens, tenetur restituere quidquam. *Omni.* Ratio est: Quia jure naturali in extrema necessitate omnia sunt communia, & omnibus debita quoad usum sic necessarium. Similiter non tenetur restituere, qui in extrema necessitate consumpsit al, quod antea acceperat commodatum, vel mutuum, vel emptum nondum solutum: imò quod antea furatus fuerat. *Ex communi Lessius, & a civitatis Diana ibidem Resolut. 8.* Secus esset, si quis in ipsa necessitate extrema cum spe certa possibilis aliquando restitutionis accepisset mutuum, vel commodatum, de quo inferius. Hæc obiter hic indicata, latius explicabuntur in materia de Justitia in septimo Præcepto.

Porrò quamvis suprà dixerimus, neminem<sup>54</sup> teneri rem pretiosissimam, aut ingentem summam expendere ad sublevandam extremam proximi necessitatem: nihilominus ipsum in extrema necessitate constitutum similem rem pretiosissimam, vel ingentem summam sibi tunc necessariam posse auferre à divite ( dummodo per hoc dies non coniiciatur in similem extremam, vel gravissimam necessitatem ) probabilissimum est. Id enim omnino probat ratio supra data: si enim in extrema

Sf 2

neces-

necessitate omnia sunt communia quoad necessarium usum; ergo etiam res pretiosissima, etiam duo, et quatuor millia communia erunt, & licet auferre poterunt (dummodo per hoc alter non constitutus in æquali necessitate) et si alter dives per se non teneatur tunc talem summam erogare: quia nimis rūm jus extremæ necessitatis est in rem necessariam & non in personam Domini rei. At poteritne dominus rei tunc impedire, & prohibere auferentem. Hic nodus difficilis, & mihi nondum liquidò solutus. Certum tamen est, posse, sequendo oppositam sententiam, etiam probabilem, quod alter tantam summam auferre non possit. Qua ratione datur bellum ex utraque parte justum, non absolute per se, sed per accidens ratione oppositarum opiniorum probabilium. De quo in materia de Conscientia, & justitia.

## §. II.

*In necessitate gravi.*

**H**abens superflua naturæ, & statu, tenerunt sub mortali facere eleemosynam proximo gravem necessitatem patienti (si nimirum ipse sciat necessitatem, & aliis non adsit, qui debent & possit, ac velit succurrere, juxta supra dicta Communissima DD. Azorins, Sanch. & aliis consuetudinibus Laym. l. 2. tr. 3. c. 6. n. 4. & Diana p. s. m. 8. Resolut. 14. contra paucos ibidem relatos. Ratio generalis Charitatis, etiam hic militans est. Quia lex Charitatis obligat succurrere proximo vera necessitate, quando sine nostro incommodo

detrimento possimus: tenemur enim diligere proximos, sicut nos ipsos: & non tantum verbo lingua, sed opere, & veritate, inquit, S. Joan. præ allegatus: sed qui habet superflua, naturæ statu's potest succurrere proximo sine gravi, suo commodo, vel detramento: ergo in vera gravi us necessitate etiam tenetur. Adde: Quod si in tali necessitate nullus succurrit, etiam proximo minere necessitatem extremam. Unde S. Scriptura tam strictè præcipiens eleemosynas in necessitate proximi, non facit mentionem extremæ tan- tamen necessitatis, ut nimirum intelligatur omnis ve- & gravis necessitas proximi, prout ubique in- dulgent SS. PP. Sic D. Ambrosius l. I. de officiis, 13. ait: *Grandis culpa est, si, sciente te, fidelis tuus, si scias eum fame laborare, arumnampati, assertim si mendicare erubescas.* Sic ille. Quin tam cum S. Thoma, aliisque citt. Laym. cit. n. 4. Tamb. l. 5. Decal. c. I. S. I. rectè docet in valde gravinecessitate proximi teneri divinæ succurrere, nam de aliquibus necessariis; non tamen valde ne- cessariis statui: sic ut ipse succurrens inde deberet currere necessitatem: hoc enim lex, & ordo Ch- ristus nunquam præcipit.

## EXCEPTIONES, ET CASUS.

Si grayi, immo etiam extrema necessitate om-<sup>56</sup>  
nimodâ laboranti, qui scilicet re, & spe  
super est, habens superflua ex præcepto eleemo-  
nitans ei proximo, teneatur dare gratis, quæ necessaria sunt ad  
necessitatem sublevandam: quando tamen gravi,  
extrema necessitate laborans non spe, sed re

S I 3

tantum,

646 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.

tantum, seu actu hic & nunc pauper est, puta, quia  
vel alibi in Patria v. g. habet bona; vel ita confi-  
turus est, ut probabiliter credatur postea acqui-  
turus; vel non ipsa re, sed solum usu rei indiget,  
ut equo, curru &c. nemo tenetur gratis dare, sed  
sufficit accommodare, vel vendere cum onere res-  
stitutionis, vel solutionis, sub conditione, cum ali-  
quando poterit. Ita satis communis DD. Navar.  
e. 24. Lessius l. 2. de justitia c. 16. dub. 1. Vasqua.  
Tannerus, aliisque citatis Diana eodem Tract. /  
pra. Ratio: Quia preceptum Charitatis, & ele-  
mosynæ solum præcipit succurrere necessitati pro-  
ximi: hac autem ratione verè succurritur necessi-  
tati proximi, et si non per simplicem elemosyn-  
am, tamen vero opere Charitatis & Misericor-  
diae: idque maximè verum esset debet, quoties  
notabilis summa pecuniae, vel res magni pretii,  
g. ultra viginti florenos inter præsentem necesi-  
tatem effet expendenda. Nam licet quis in extre-  
ma necessitate licite accipiat necessaria, accipient  
tamen rem magni pretii non justè imponitur hac  
gravis obligatio restituendi aliquando, cum poten-  
tia, seu ad pinguorem fortunam pervenerit, ut notant  
DD. cit.

57 II. Habens ergo superflua naturæ & status, vi-  
densque proximum gravem necessitatem pati via  
fame, vel morbo affligi, ob debita diurno carce-  
re macerari: eum ab hoste captum &c. tenetur  
succurrere, saltem mutuando, maximè cum alter  
petierit, & aliis, qui jure possit, & velit, non ad-  
sist. Ubi tamen gravitas peccati omissionis ex cir-  
cumst. que C. de gra occurribus pl tam n arbitrii DD. a mosyna III. sitate l faltem Advoc proxim causa c justè d stigati tur. sect. 4 6. num IV. mortal magna ptionis poterit in Excipe præ tri enim v superfl notat L

cumstantiis expendenda est prudenti judicio. Neque (uti jam supra dictum) tenetur quis inquire de gravi necessitate proximi, sed sufficit misereri occurrentibus: nec tenetur juvare omnes, sed quibus placet, servato ordine Charitatis: neque totam necessitatem sublevare, sed pro facultate & arbitrio aliquid contribuere: ut ex communi notant DD. ciuit. Et optimè Vasquez Opusculo de Eles-  
mosyna.

IV. Captivum apud Turcas nemo tenetur subs<sup>9</sup>  
mortali, etiam de superfluis redimere: quia ad id  
magna summa requireretur, & facile pretium redem-  
ptionis augeretur: tenetur tamen tali perenti, ut  
poterit in vera gravi necessitate posito aliquid dare.  
Excipe: nisi captivus talis esset injuste occidendus,  
præ tristitia, vel aliis ærumnis conficiendus: tunc  
enim verè esset in extrema necessitate, ideoque de  
superfluis statu necessariò juvandus: ut cum aliis  
notat Diana eod. tr. resolut. 6. Cæterum an-

648 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
gens etiam in gravi necessitate licet possit auferre  
b*ti* necessaria, suo loco videbitur.

§. III.

*In necessitate communis.*

60 **P**robabilissimum est, habentes bona simplicitate superflua naturæ, & statu*s*, etiam sub mortali teneri quandoque facere eleemosynam pauperibus, communem tantum necessitatem patientibus. Ita communissima DD. præsertim Antiquiorum. Thomas 2. 2. q. 32. a. 5. Navar. c. 24. n. 5. Richardus, Sotus, Bannes, Covarruvias, Valentia, Aragonius, Azorius, Filliuncius, aliisque relatis. Larminus l. 3. de bonis operibus c. 7. Tannerus 3. Disp. 2. q. 5. dub. 2. Laym. l. 2. tr. 3. c. 6. n. (Etsi contrarium sentiant plerique moderni, ut debitur) Est hæc Sententia, uti longè communica ita sine dubio tutior, Sacrae Scripturæ, & SS. conformior, & ideo paulò latius confirmanda gratiam mendicantium.

61 I. Sumitur ex S. Scriptura Luce 3. Joannes Baptista cum dixisset: *Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excindetur. & in ignem mittetur*. Quarentibus turbis; quid igitur faciemus? non utique solo consilio, sed præcepto, respondit: *Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat.* Ubi per duplices tunicas & escas, intellexit bona superflua. Nec dixit *Det frigore, vel fame morienti, id est, extremam vel gravem necessitatem patienti, sed simplicitati non habenti, communem scilicet etiam necessitatem* concludens. Rursus c. 12. diviti illi habent spensa

plo

plurima bona, & cogitanti de amplificandis conditoris, dictum est: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, qua autem parasti, cuius erant? Si est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.* Quem locum exponens D. August. I. quinquaginta. homiliarum homil. 7. docet: *Divitem illum non ob aliud peccatum esse damnatum, nisi quia superflua retinebat; & sic perituros sui similes.* Denique I. Timoth. ultimo. *Divitibus hujus saeculi praeceps non sublime sapere. neque sperare in inserto divitiarum, sed in Deo vivo, qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum; bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare siti fundementum bonum in futurum, ut apprehendant vitam eternam.*

II. Probatur clarissimā SS. Patrum autoritate. 62

D. Basilius Oratione in illud Lucæ 12. *Destruam horrea mea: inquit: At tu nonne spoliator es, qui que dispensanda accepisti, propria reputas. Est panis famelici, quem tu tenes; nudi tunica, quam in conclave servas; discalceari calcem, qui apud te marcescit; indigentes argentum, quod possides inhumatum. Quocirca tot pauperibus injuriam facis, quod dare valeres.* D. Chrysost. hom. 34. ad populum Antiochenum: *Nunquid grave quidam, & onerosum à nobis requiru? Necessitatem excedentia vult nos facere necessaria; & quae nequio- quam, & inutiliter posita sunt, hoc vult bene distri- bui.* Et infrā: *Tu arnum rerum es, o homo! di- necessitor, non neinūs, quam qui bona Ecclesia di- lli habent spensat.* Non ad hoc accepisti, ne in deliciis absu-  
meres.

650 Tract. III. in IV. Praecept. Decal. Cap. VI.

meres, sed ut in eleemosynam erogares &c. D. Ambrosius Serm. 18. Sed quis, quid inustum est, si cum aliena non invadam, propria diligenter servem? O impudens dictum! propria dicas? quia? Ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Non minus est criminis habenti tollere, quam cum possit, & abundes, indigentibus denegare. D. August. in illud Psalmi 147. Confortavit seras portarum tuarum: ait: Superflua diviti necessaria sunt pauperi. Alienam retinet, qui ista tenet. D. Gregorius 3. p. Pastoralis, Admonitione 22. inquit: Admonendi sunt, qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur, ut sciant sollicitè, quod ea, de qua sumimus, cunctis hominibus terra communis est, & idcirco alimenta quoque omnibus communiter profertur. & idcirco in cassum se innocentibus putant, qui commune Dei munus sibi privatum vendicant. Plura pulcherrima confert Valentia 10. 3. disp. 3. q. 9. punct. 4.

63 III. Probatur Ratione desumpta ex ipso precepto Charitatis, quo tenemur proximum diligere, sicut nos ipsos, idèoque cum facile possumus, etiam ei in quavis miseria constituto succurrere, sicut vellemus nobis succurri: sed divites habentes bona superflua facilè possunt sublevare miseriam pauperum, etiam communem necessitatem patientium. Neque fieri potest, ut diligent verè proximos, sicut seipso, si neque superflua quidem velint cum illo necessitate communicare: Juxta illud I. Joan. 3. Qui habet substantiam hujus saeculi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & claus-

serit

in il  
ritat  
tribu  
flua,  
quis  
Dor  
nim  
divi  
usu  
tis p  
tene  
&  
vol  
nec  
divi  
alic  
pat  
volu  
tine  
nec  
eit.  
esse  
mu  
orig  
qua  
in c  
suc  
te f  
pia

VI.  
D. Am-  
est, si  
er jer-  
qua?  
i? Non  
n possi-  
gust. in  
tarum  
nt pau-  
Grego-  
: Ad  
na lar-  
sump-  
, & id-  
roferi:  
us com-  
Plura  
3. q. 9.  
prac-  
gere, si-  
etiam,  
cut vel-  
s bona  
pau-  
ntium,  
nos, si-  
nt-cum  
lud.  
uli, &  
clau-  
serit

Sect. III. De obligat. Eleemosyne. 651

Serie visceris sua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in illo? Ergo ad hoc obligantur ex præcepto Charitatis. Accedit specialis ratio assignata à SS. Patribus etiam cito. Divites habentes bona superflua, etsi revera sint Domini opum suarum justè acquisitarum, si comparentur ad Deum, non tam Domini, quām dispensatores dicendi sunt: Dei enim omnium Conditoris providentiā fiunt homines divites aut pauperes, & illi divites Deo de divitiarū usu rationem reddituri sunt, ut Christus docuit multis parabolis, maximè villici iniquitatis: ergo divites tenentur bona sua dispensare secundum voluntatem, & ordinationem Dei. Atqui Deus omnium Pater voluit, & ordinavit, ut alii superfluis abundant, alii necessariis egeant perpetuò: sed mirā providentiā divitias inæqualiter distribuit: alios voluit divites, alios pauperes, ut illi per misericordiam, isti per patientiam Regnum Dei consequantur: ergo contra voluntatem Dei peccant divites, bona superflua retinentes, derelictis pauperibus, etiam communem necessitatē patientibus. Addunt denique recte DD. eit. in communi necessitate pauperū moraliter semper esse aliquā necessitatē gravē: & recte, si enim in communib[us] necessitatibus nullus succurrat, necessariō orientur necessitates graves, & denique extremæ, quo casu omnes tenebuntur succurrere: ergo etiam in communi necessitate tenebitur quivis aliquando succurrere, tum, quia forte gravis est: tum quia certe facile gravis, & tandem extrema fieri potest.

IV. Minus ergo probabilis, minus tuta, minus 64 pia est opposita sententia sanè etiam gravium DD.

s.



*S. Antoninus, Alensis, Gabriel, Rodriguez*, aliorum cum Vasquez opusculo de eleemosyna. c. 1. & octodecim citantis Diana p. 5. tr. 8. resolut. 37. Ratio potissima est: Quia non teneor alicui errogare mea bona, quando vel prudenter aestimo ejus necessitatem valde levem, & tolerabilem esse, vel esse sublevandam ab aliis: Atqui omnis necessitas *Communis* ideo dicitur quia vel supponitur aliis mediis ordinariis facilè sublevabilis, vel quia de se modica, levis, & tolerabilis est, ut ei succurrere non tam videatur sublevare necessitatem, quam procurare felicitatem: ergo non est obligatio faciendi eleemosynam in necessitate communis; saltem sub mortali; immò nec sub veniali, concludit Diana cum aliis lib. cit. Confirmatur: Quia alioquin se queretur infinitos divites damnari, qui communes illas pauperum necessitates parvi faciunt, & nisi gravem necessitatem apprehendant, eleemosynam omittunt. Et tandem intolerabile esset onus diviti singulis succurrere necessitatibus communibus, cùm hæ frequentissimæ sint, & innumeræ. Fatendum omnino est etiam hanc probabilem esse sententiam, & omnino tutam, ut saltem Confessarius secundum eam possit se accommodare pœnitenti eam sequenti, ut inferius iterum notabo.

65 Ad fundamentum tamen facile. Ea ratione solum probari, quod dives non teneatur facere eleemosynam, aut determinate huic pauperi, quanidius supponitur ejus necessitas sublevanda ab aliis, vel esse valde levis, & tollerabilis; aut generaliter omnibus pauperibus communem necessitatem

rem patientibus, quod nos non asserimus, sed no-  
tanter diximus, *Quandoque*. Minime autem pro-  
batur, eos non teneri unquam facere eleemosynam  
in communi necessitate: cum S. Scripturæ, & SS.  
Patrum doctrinæ manifestè repugnet. Et novissi-  
mè omnino convincere videtur ab Innocentio XI.  
damnata hæc propositio 12. *sup. cit.* *Vix in secula-*  
*ribus invenies, etiam in Regibus, superfluum sta-*  
*tui, & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam,*  
*quando tenetur tantum ex superfluo statui.* Audis?  
Damnatur sententia asserens: *vix aliquem tenetri*  
*ad eleemosynam de superfluo statui.* Ergo à for-  
tiori damnata videtur sententia asserens: *teneri*  
*unquam.* Sunt tamen etiam hic.

## EXCEPTIONES, ET CASUS.

**H**abentes bona superflua &c. Excusantur er-  
go ab eleemosyna danda in communi ne-  
cessitate, qui licet habeant bona superflua statui  
præsenti, necessaria tamen sunt statui futuro, ut  
pro dotandis, & elocandis liberis &c. aut aliam  
pro altiori statu per media licita probabiliter acqui-  
rendo. Cum enim Reipublicæ expedit fieri mu-  
tationem statuum, licet quis ad altiorem statum  
potest tendere, atque ad eum obtainendum, & con-  
servandum superfluas antea opes conservare, dum-  
modo conservatio non fiat tempore extremæ vel  
gravis necessitatis Reipublicæ. *Communis DD.*  
*cum S. Thoma, Navar. Laym. cit.* Quare tur-  
sus fatendum est, sæculares raro habere superfluas  
opes statui simpliciter, sicque raro peccare in ne-  
cessitate communi eleemosynas omittendo. Unde  
recte monent DD. cum Laym. sis. n. 6. n. 5. Con-

654 Tract. II. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.

fessarium non facile, aut vix unquam absolutio-  
nem negare debere divitibus, qui in communione  
tum necessitate eleemosynas facere recusant: tum  
quia de hac obligatione, an, & qualis sit, Docto-  
res non consentiunt, & opposita Sententia gravium  
DD, damnanda non est: tum quia, ut dictum est,  
divites raro habent bona simpliciter superflua, &  
vix accidit, quin causam aliquam habeant, cur  
eleemosynam facere recusent.

67 II. Tenentur quandoque facere eleemosynam: uti-  
que non semper, & ubique, & omnibus commu-  
nem necessitatem patientibus, & alioquin certe  
& ditissimus quisque ipse facile in gravem necessi-  
tatem incidentet, ad quod neminem adstringit Cha-  
ritas, licet alliciat. Satisfacies ergo o Dives!  
huic obligationi dando quandoque eleemosynam de  
bonis superfluis communi necessitate laborantibus  
pro ratione facultatum tuarum. Tamburinus l. s.  
s. I. §. I. n. 17. benè putat satis esse, si ex centum  
aureis annuis des duos, ex ducentis quatuor, (sed  
certe non eadem proportione, si multum excedant  
tuæ divitiæ.) Id enim videtur satis pro necessitate  
ad eò non urgente. Pro plebeis optimum consili-  
um est, ex lucris quibusque decimam partem se-  
ponere in honorem Dei pauperibus erogandam;  
tum in gratiarum actionem; tum pro impetranda  
benedictione in futurum. Id enim perfacile, &  
sine dubio sufficiens est.

68 III. In casibus particularibus, huic, vel illi pau-  
peri, cum facillimè possis, absque ulla causa, ele-  
emosynam negare in communione necessitate, non ni-  
civiale est: debitum enim faciendo eleemosynam

in necessitate communi respectu unius, & alterius censetur materia levis, quæ tamen respectu omnium gravis est; ut ex communi notant *Tannerus* & *Laym. cit.* Omni autem culpâ vacabit communiter indigenti negare eleemosynam, si aliqua subsit causa rationabilis; utpote, cum nimis multi, & sœpè petunt: cum differs, ut tempore commodiori, vel alii des, qui magis placent, & indigent: cum in communi necessitate neges eleemosynam, ut differas in necessitatem prævisam gravem. Item si statuisti bona tua superflua applicare ad alios pios usus, excusaberis ab eleemosyna danda in communi tantum necessitate, minimè vero in gravi, vel maxima.

IV Quantitas, & modus erogandi eleemosy-<sup>69</sup> nam æstimari, & regulari debet ex quator. 1. Ex quantitate facultatum: juxta illud Tobiae 4. Quo modo potueris, ita esto misericors. Si mulier tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguae tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. 2. Ex necessitate pauperum: Quo enim major est necessitas, & indigentia proximi: eo plus erogandum erit pro facultate, utpote plus in extrema, quam in gravi, & plus in gravi, quam communis. 3. Ex numero pauperum: Si enim magna est multitudo pauperum, necessitas communis, minus erogandum erit inter singulos, ut plures juves. Si vero multorum, & sit necessitas gravis, vel extrema, & plures sufficienter juvare nequeas, præstat uni vel paucis dare, quod prospicit (aliis Dei, & piorum curæ relictis) quam inter plures disperges, quod non prospicit.

prolit. 4. Ex ordine Charitatis: Supposita enim necessitate æquali, extrema, gravi, communi alii præferendi sunt nobis corpore, vel spiritu magi conjuncti; ut magis patebit *Stet. 4.*

## COROLLARIUM.

**70** **P**eccant sine dubio divites habentes bona sim-  
pliciter superflua & vitæ & statui, qui ex pro-  
posito statuunt in communibus necessitatibus nul-  
lam unquam eleemosynam facere; aut saltem im-  
plicito ejusmodi proposito re ipsa nunquam ele-  
mosynam erogant indigentibus, atque absque  
ulla rationabili causa, omnes ostinatè pauperes a  
se inhumaniter depellunt. Tales enim inordinato  
divitiarum amore affecti, omni Dei, & proximi  
charitate exuti videntur, juxta verbum Christi:  
*Non potestis DEO servire, & Mammona.* Ex  
communi *Valentia*, *Tannerus* cirt. idque abunde  
probant. Quomodo ergo excusandi à mortali,  
qui panes, vestimenta &c., potius corrumpi-  
fiunt, vel canibus inutilibus dant, quam paupe-  
ribus amore DEI potentibus? superfluis contra  
statum conviviis, aliisque modis magnas opes dila-  
pidant, pauperi interim ordinariè nummum, vel  
frustulum panis inhumanè negantes, veri illius Epu-  
lonis Evangelici nepotes? Juvat audire D. Augusti-  
num serm. 231. super illa verba *Tobiæ* 4. *Quo-*  
*modo potueris, ita esto misericors:* exclamantem:  
*O infelicitas generis humani! quam multi inventur,*  
*qui ebriosos, & luxuriosos amplius, quam ope-*  
*tet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus pe-*  
*tentibus unum calicem dissimulant dare;* nec atten-  
dunt;

ap. VI.  
ita enim  
uni aliis  
u magis

Sect. II. De obligat. Eleemosyce. 657

dunt, quia illud quod luxuriosis videntur ingerere, Christus in pauperibus deberet accipere. Et post: Sed quales sunt, quando alios in nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosynam petenti dicunt: vade in ante, & dabit tibi Deus. Et utique, dum ambulaverit, DEUS ei daturus est. Quid est ergo, quod dicit: vade in ante, & dabit tibi DEUS? Nisi vade ad illum hominem, qui habet DEUM, quia datus est DEUS. Aes iore suo ipse confuetur apud se, DEUM non esse, quo inspirante possit erogare pauperibus. Hæc. S. Doctor. Cui liceat subsume: atqui apud quem DEUS non est, certissime diabolus est: ergo &c. Tandem specialiter Episco-  
pi Beneficiati tenentur strictissima obligatione fa-  
cere eleemosynas de bonis & divitiis superfluis Ecclesiasticis statui, & sustentationi suæ congruæ:  
quia tum ex sententia & mente fundatorum; tum ex Sacrorum Canonum Decretis, redditus Ecclesiastici speciali ratione pauperibus sunt obligati, de quo in materia de justitia. Hic solum obiter Notandum: Prædictos Beneficiatos non obligari totum residuum sustentationi erogare pauperibus, sed sufficit erogare aut medietatem superfluorum, aut quartam partem omnium reddituum, quod tutius est. ne Beneficiati totos redditus laxiori susten-  
tationi, laxâ conscientiâ applicent, ut cum aliis bene probat Diana supracit. Loquimur autem de com-  
muni necessitate, nam in necessitate gravi eos ad amplius obligari, certum est apud omnes. Tan-  
dem eadem ratione Monasteria quædam, & do-  
mus Religiosæ ratione fundationis instituta ad fa-

THEOL. MORAL. PARS III.

Tc cien-



658 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
ciendam eleemosynam, & hospitalitatem, dare te-  
nentur urique sub peccato mortali.

§. IV.

*De bonis propriis, & justis tantum.*

71 **N**imirum tantum habens propria, & iusta bo-  
na, aut de licentia expressa, vel rationabi-  
liter præsumpta habentis, potest & tenetur facere  
eleemosynas communi saltem necessitate. *Omnis.*  
Ratio patet: Quia eleemosyna est gratuita largitio:  
nullus autem potest alteri largiri, nisi quod ejus  
proprium est, aut de aliqua licentia ejus, cuius pro-  
prium est, nisi extrema, vel forte etiam gravis ne-  
cessitas aliquid permittat, de quo mox: ergo &c.  
Unde Proverb. 3. dicitur: *Honora DEUM de tua  
substantia.* Et vulgare dictum est: *Ex alieno libe-  
ralem esse, species furti est.* Vulgo ajunt: Fu-  
rari corium, & calceos dare pauperibus.

**EXCEPTIONES, ET CASUS.**

I.

*Quoad necessitates.*

72 **N**extrema necessitate proximi, quivis potest,  
& tenetur succurrere, si propria bona non ha-  
beat, etiam de bonis alienis, etiam inscio, si com-  
modè consuli non possit, etiam invito Domino.  
*Communissima cum S. Thoma sapè cit. quest. 23.  
art. 7.* Quia nimirum in extrema necessitate,  
quoad usum necessarium, omnia sunt communia:  
& sicut ipse extrema necessitate laborans à quo-  
vis licite potest auferre sibi necessaria sine onere  
restitutionis; ita quivis potest ei succurrere, si

ex

ex proprio nequeat, ex alieno, ut alienum aufe-  
rando, aut alienum ante, etiam *injustè* habitum,  
aut per furtum, aut usuram, largiendo, quan-  
tum ad *extremam* ejus necessitatem sublevandam  
opus est; nec quoad hoc tenebitur ad restitutio-  
nem: uti cum S. Thoma notant *Valentia* *tomo 3.*  
*disp. 3. punct. 4.* *Tannerus cit. dub. 2.* *Laym. cit. c.*  
6. Quo patet à fortiori, in necessitate extrema, quoad  
opus est, & eleemosynas facere posse uxores, fi-  
liosfamilias, Religiosos, Servos, insciis, vel eti-  
am invitis Maritis, Parentibus, Prælatis, Domi-  
nis: tali enim casu sunt irrationaliter inviti.

In necessitate gravi, res controversa est non ni-73  
hil. Communis enim Sententia negat egenum  
in gravi necessitate posse licitè afferre sibi necessa-  
ria à divite inscio, vel invito: & sic consequenter  
non licebit alteri de alieno, vel injusto dare ele-  
mosynam, inscio, vel invito Domino. Contrà alii  
cum Diana p. 3. tr. 3. *resolut. 27.* & parte 5. tr. 8.  
*resol. 29.* id licere affirmant: & consequenter con-  
cedunt te de alieno posse succurrere gravi necessita-  
ti proximi, si non possis de proprio. Sed de hoc  
agendum in septimo Præcepto.

In Necessitate communi, consentiunt omnes, 74  
neminem posse, vel teneri facere eleemosynam  
de bonis alienis, vel injustis, ac obnoxiiis restitu-  
tioni certæ personæ faciendæ: exceptis casibus:  
1. De consensu expresso vel tacito Domini. 2. De  
rebus, quæ non eadem numero, sed specie tan-  
tum restitui debent: v. g. de pecunia furtō, vel  
usurā

Tt 2

usurā

660 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
usurā acquisita, potest interim fieri eleemosyna  
salva obligatione restituendi æquivalens. 3. De  
alienis incertis, seu certæ personæ non ob ioxiis,  
quorum scilicet Dominus ignoratur, vel absit,  
ut ei restitui nunquam possint, potest, & debeat  
fieri eleemosyna pauperibus: sicut etiam de bonis  
acquisitis per usuram, & simoniam, ex peculiari  
dispositione Juris. Sed tunc non est propriè ele-  
mosyna, vel opus misericordiæ, cùm sit debitum  
**ex justitia**, ut ex S. August. Epist. 54. ad Ma-  
donium notavit D. Thomas citata q. 7. a. 7. 4  
De illicite tantum acquisitis, at non injustè, ne  
obnoxiiis restitutioni, ut lucra meretricum: & le-  
nonum, histrionum &c. quæ licet turpiter & illi-  
citè acquirantur, tamen patrato scelere licitè acci-  
ptantur, & possidentur, eleemosyna fieri potest,  
& in necessitate vera etiam debet **Communissima**  
*cum S. Thoma*, aliisque cit. apud Laym. cit. n. 7.

## QUOAD PERSONAS CERTAS.

### I. Uxores.

75 HÆ etiam extra extremam, in omni necessitatibus  
possunt facere eleemosynam. Ex communi  
doctrina D. Thomæ cit. Navar. c. 17. n. 150  
Diana p. 5. tr. 8. resol. 34. In his casibus. 1. De  
bonis suis paraphernalibus, seu ultra dotem marito-  
allatam habitis, vel acquisitis ante, vel durante  
Matrimonio, utpotè ex hæreditate, donatione  
propriæ industriæ familiæ non debitâ, neque no-  
civâ. Limitat Navar. cit. Nisi ipsa familia egeret  
quæ ordine Charitatis aliorum necessitati, cæteri  
paribus, præferenda esset. 2. Cùm uxor ipsa fa-

miliam

miliam gubernat, vel consentiente marito, ut pa-  
sim solet, vel marito absente, ægroto, amente,  
aliâve causâ impedito. Quo tamen casu, non de-  
bet facere majores eleemosynas, quâm vir, si gu-  
bernaret, ficeret, vel facere deberet. Adde etiam  
pro salute corporali viri, fœminam licitè facere ele-  
mosynam, exemplo Abigaelis. 1. Reg. 25. 3.  
Quando à marito assignatur uxori certa summa pro  
sua, vel etiam liberorum sustentatione, quod su-  
perest, vel quod subtrahit, sanctè erogat in ele-  
mosynas, & licitè in honestas donationes, etiam  
liberales, inscio marito. 4. Quotiescumque oc-  
currit necessitas, in quam maritus ipse teneretur ele-  
mosynas facere, tamen, nolit, utpote non tan-  
tum in necessitate extrema, vel gravi, sed etiam in  
communi, quando ad sunt bona superflua statui, &  
maritus nunquam vellet dare eleemosynas, servato  
debito moderamine, potest & debet facere uxor:  
tunc enim quoad hoc velut in viri locum succedit a  
ejusque defectum supplet: idque ipso jure divino,  
quo uxor data est in adjutorium viro: & quia ma-  
jor est obligatio communis præcepti Charitatis ad  
succurrentum proximo, quâm subjectionis, &  
dependentiae in gubernatione rei domesticæ, ad  
maritum: ideoque cessare debet hæc subjectione,  
urgente priori præcepto Charitatis. Extra hos ca-  
sus absque expressa, vel interpretativa mariti li-  
centia, vel consensu, non licet uxori facere ele-  
mosynas de bonis communibus, quippe quorum  
administratio ad maritum spectat.

Tt 3

II. Fi.

## II. Filiis familiis

**76** **D**e ipsis bonis parentum, quorum proprietat<sup>em</sup> vel saltem usus fructus ad parentes spectat, per se nullas possunt facere eleemosynas, nisi i. de expresso, vel interpretativo, seu præsumpto eorum consensu, qui in rebus levibus, ut panum frustis, vel nummis, facile præsumitur, secundum omnes. 2. Quando peregrinantur, aut resident in Scholis exteris, possunt facere eleemosynas de sumptibus paternis, quas alii suæ conditionis faciunt. 3. Quando à parentibus habent deputatam summam pro sua sustentatione, quod superest, vel quod subtrahunt, sicut in alios quosvis usus licitos, ita maximè licet in pauperes erogant. 4. Per se eleemosynas facere possunt de peculio suo castrensi, vel quasi castrensi, quod scilicet acquirunt aut per militiam, aut per officium publicum liberale, ut Medici, Advocati &c. vel per donationem Principis. Non item de peculio profectitio, quod ratione personæ, vel bonorum parentis acquiritur, nec de adventitio, quod sui intuitu aliorum donatione habent: horum enim usufructus ad patrem spectant, quamdiu vivit eorum curam gerens. Excipitur semper extrema necessitas.

## III. Servi, &amp; Ancilla

**77** **D**e bonis Dominorum similiter per se non possunt facere eleemosynas, cum nullam habeant administrationem bonorum Domini sui, nisi similiter, de expresso, vel tacito eorum consensu, qui hinc facile præsumi debet de rebus parvis, qua-

alias  
victu  
pecu  
  
D  
tia,  
riori  
mor  
trem  
lum  
parti  
tem  
steri  
juxta  
2. C  
sump  
peric  
quid  
consu  
Mon  
rum  
  
H  
tia h  
de et  
annoc  
men  
ad se

aliás, inutiliter perirent, & maximè ea, quæ sibi de victu concessa subtrahunt: & denique de proprio peculio per se possunt, quod placet.

## IV. Religiosi

**D**e bonis Monasterii, quorum administratio<sup>78</sup> nem non habent, non possunt absque licentia, vel consensu expreso, vel præsumpto Superioris sacere ulla eleemosynas in materia gravi sub mortali peccato proprietatis, excepto solo casu extremæ necessitatis. *Ratio est evidens:* Quia nullum habent jus in illa bona; nec habere possunt in particulari, ratione voti paupertatis. Possunt autem Religiosi facere eleemosynas de bonis Monasterii. *In primis* cùm administrationem habent juxta cujuslibet Ordinis vel Monasterii morem. 2. Cum consensu, & licentia Prælati etiam præsumpta: utpote si occurrente gravi necessitate, Superior commodè adiri non potest; aut exiguum quid erogandum est, rationabiliter præsumitur de consensu. 3. Denique cùm peregrinantur extra Monasterium Studiorum, vel aliorum negotiorum causâ, ut supra de filiis familiis dictum.

Hæc omnia ex communi, & certa DD. Sententia hic obiter, & summiè pro integranda materia de *eleemosyna* ad necessariam notitiam Confessarii annotata sufficiant: aliás ex professio eorum fundamenta tradenda sunt in Materia de *justitia*, maximè ad septimum Præceptum.

## COROLLARIUM.

**E**x dictis patet de operibus Misericordiæ corporalibus. Etenim pascere eserientem, potare

tare sipientem, vestire nudum, colligere hospitem  
hæc verissimè comprehenduntur nomine eleemosynæ: in quibus omnibus potest esse necessitas vel  
communis, vel gravis, vel extrema, adeoque ob-  
ligatio sub peccato mortali. De redemptione capti-  
vorum innocentum supra aliquid tactum est, &  
in his partibus rarus casus. Visitare infirmos &  
sepelire mortuos, sunt beneficia communia Char-  
itati: quorum omissione, secluso odio, vel inimi-  
citia, aut scandalo aliorum, raro potest contingere  
peccatum mortale. Procedendum ergo nunc  
ad opera Misericordiæ spiritualia.

### SECTIO III.

#### *Obligatio correctionis fraternæ.*

##### SUMMARIUM.

- 80. Usque ad n. 85. Explicatur correctionis, vel correptionis fraternæ definitio.
- 85. Ex Charitate quilibet obligatur sub mortali corrigeretur proximum: ubi
- 86. I. Adebet materia sufficiens. Quæ illæ: usque ad n. 91.
- 91. II. Cetera notitia peccati proximi.
- 93. III. Spes emendationis. Casus variis usque ad n. 99.
- 99. IV. Opportunitas. Quando hæc censeatur adesse, n. quo ad n. 103.
- 103. Corollarium.
- 104. In correctione fraterna observandus est ordo.
- 105. I. Ut si peccatum proximi occultum, correctio fiat occulta, inter te, & ipsum solum, si emendatio speratur.
- 106. Si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duum.
- 107. Quod si non audierit eos, dic Ecclesia, hoc est, Superior.
- 108. Usque ad n. 112. Quando peccatum est publicum, perniciosum seu contagiosum Reipublicæ, ut proditio-

conspirationes &c. aut privata monitio inutilis,  
praeditus ordo seruandus non est, sed statim denuntia-  
ri potest superiori.

## III. Corollarium.

**C**orrectio, vel correptio fraterna definitur: <sup>go</sup>  
Admonitio conveniens, quæ ex Charitate, &  
misericordia proximum à malo, vel periculo pecca-  
ti ad bonum honestatis convertere nitimur: Nimi-  
rum vel ad proximi peccatum emendandum, si  
jam perpetratum sit: vel impediendum, si in pro-  
ximo sit perpetrandum. Dicitur

I. *Correctio, vel Correptio:* Etsi enim hæc duo <sup>8</sup> 1  
propriè in rigore differant. Correctio enim propriè  
significat ipsam admonitionem factam ad emen-  
dationem proximi, velut medium: Correctio verò  
significat ipsam emendationem proximi factum per  
correptionem, tanquam finem. Multi enim possunt  
coripi, qui tamen non corriguntur. Aliter apud  
*S. Thomam*, & alios. *Correptio* propriè signifi-  
cat admonitionem fraternalm, quæ est fratri ad fra-  
trem, & actus Charitatis. *Correctio* verò significat  
admonitionem judicialem, quæ est Superioris ad  
subditum, & actus justitiæ ordinatus ad bonum  
commune. Communiter tamen *correctio*, & *cor-  
reptio*, cum addito, *fraterna* pro eodem sumun-  
tur.

II. *Est admonitio conveniens: facta nimirūm* <sup>8</sup> 2  
cùm debitī conditionibus, quæ communiter assig-  
nantur tres, ut scilicet sit *secreta, charitativa, &*  
*opportuna*, de quibus in assertione. Neque *correctio*  
*fraterna* *conveniens* fit solo sermone, admonendo,

T t s cor-

corripiendo, dehortando proximum de peccato,  
sed etiam signo, vel quocunque modo utili ad pro-  
ximum à peccato removendum.

**83** III. *Qua ex charitate, & misericordia:* Cor-  
rectio enim fraterna est actus *Charitatis* volentis  
proximo bonum maxi mè spirituale; & nolens  
malum oppositum, adeoque pro posse conantis  
amovere, juxta illud D. Augustini Serm. 16. De  
verbis Domini, *Debemus autem amando corripere,*  
*non nocendi cupiditate, sed studio corrigendi.* Lege  
totum, est homilia 16. Pentecostes. Et est actus  
*misericordiae* condolentis proximi miseriam, maxi-  
mè spiritualem peccati, eandémque pro posse co-  
nantis sublevare, juxta illud Psalmi 140. *Corripit*  
*me justus in misericordia &c.*

**84** IV. *A malo seu periculo peccati convertere nit-  
mur.* Correctio enim fraterna per se ordinata est  
ad peccatum proximi vel emendandum, si jam  
perpetratum sit, vel impediendum, si jam in pro-  
ximo periculo, vel procinctu peccati perpetrandi  
proximus existat. Tamen si enim omne peccatum  
libera voluntate perpetretur, quia tamen peccator  
propter naturam, vel infirmitatem, passionum ve-  
hementiam, intellectus cæcitatem, peccandi con-  
suetudinem, & facile peccat, & difficulter resi-  
piscit; hinc proximum admonitione nostra, &  
correctione, vel impedire, ne peccet, vel post-  
quam peccavit, excitare, ut resipiscat, magnum  
sanè charitatis, & misericordiæ opus est. Jam quo-  
ad obligationem sit.

A S'

## ASSESTITO IV.

**P**acepto divino naturali, & positivo omnis homo ex charitate obligatur sub mortali corrigeare proximum errantem, vel peccantem, aut peccatum, si nimis adsit, materia sufficiens, certa no-titia peccati proximi, spes emendationis, & opportu-nitas. Certa de Fide, & omnium doctrina cum D. Thoma 2. 2. q. 33. a. 1. & 2.

Præceptum naturale patet. Nam sicut Præce-<sup>85</sup>pto naturali ex charitate & misericordia obligamur sublevare proximi miseriam corporalem per eleemosynam, & quidem in gravi necessitate sub mortali: ita eodem præcepto naturali multò ma-gis obligamur ex charitate & misericordia subleva-re miseriam proximi spiritualem in peccato, vel proximo periculo peccandi constituti: utique po-tiori jure sub mortali, si adsunt conditiones positæ.

Præceptum verò positivum divinum sæpiissimè inculcat S. Scriptura, præsertim in Ecclesiastico, & Epistolis S. Pauli, sed clarissimè ipse Christus Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* Ubi per particulam *in te* non signi-ficatur solum peccatum proximi commissum, con-tra te, sed omne peccatum proximi commissum, vel committendum coram te, videne aut sciente te: & rectè hæc dicuntur etiam fieri *in te*, vel *contra te*: tum quia tibi scandalum ponit, vel saltem justam in-dignandi causam præbet: Tum quia obligat te ad correptionem, ne ejus peccati fias particeps: unde mox subjungit præceptum: *Vade, & corripe eum,* &c. Sic explicant Gl. in cap. *Si peccaverit.* 2. q. I.

PP.

PP. & DD. communiter cum D. Augustino serm.  
16. de verbis Domini. Textum habes homiliā Do-  
minicæ 6. post Pentecosten. Nunc conditiones  
requisitæ ad hoc, ut quis hoc præcepto obligetur  
corripere proximum, breviter explicandæ sunt.

## §. I.

*Si ad sit materia sufficiens.*

86 **M**ateria sufficiens ad hoc, ut quis sub mortali  
obligetur corripere proximum, est solum  
peccatum mortale nondum emendatum, aut ejus  
committendi grave periculum. *Omnis.* Solum  
enim peccatum mortale est spiritualis animæ mon-  
quam velut summam proximi miseriam spiritua-  
lem, quilibet ad id idoneus, meritò sub gravi cul-  
pa tenetur submoveare per opportunam correctio-  
nem. Et hinc

87 I. Peccata venialia solum, nemo non Superior  
tenetur corrigere, nisi ad summum sub veniali,  
cum facilimè potest. *Communis, Cajetanus, Va-*  
*lentia,* alii cum Laym. l. 2. tr. 3. c. 7. n. 3. Ratio  
hujus est: Quia lex charitatis postulat, ut quod-  
vis proximi malum, etsi per se sit exiguum, cum  
facillimè, & absque ulla nostro incommodo possu-  
mus, submoveamus latem sub veniali. Sub mor-  
tali autem obligari poteris per accidens, quando  
adverteres venialia proximi per se esse ordinata, ac  
proximam dispositionem ad mortale, aut proba-  
biliter censeres procedere ex affectu mortali, ut  
tactus, vel aspectus lascivi &c.

88 II. At verò Superiores, maximè Religiosi, ex  
officio

sp. II.  
no serm.  
niliā Do.  
ditiones  
bligetur  
unt.

mortali  
t solū  
aut ejus  
Solū  
æ mon  
spiritua  
avi cul  
rrectio

superior  
veniali,  
us, Va.  
Ratio  
t quod-  
n, cùm  
o possu-  
b mor-  
quando  
nata, at  
r proba-  
tali, ut  
osi, ex  
officio

Sect. III. De correctione fraterna. 669

officio semper tenentur corrigere etiam venialia subditorum, & quidem etiam sub mortali, si imputitas, & licentia peccandi venialiter nimium invalesceret, cùm notabili damno Religionis, & Religiosæ disciplinæ detimento. Similis est ratio de Patrefamilias respectu fillorum, ut ex communī notant *Tannerus & Laym. cit.* In particulari tamē cum uno, vel altero in ejusmodi defectu, præsertim occulto, seclusōque aliorum scandalo, dissimulare, meritò à graviori culpa excusat cūm aliis Diana *cit. p. 4. tr. 3. resolut. 72.*

III. Neque tenetur quis corrigere proximum de 89 peccatis mortalibus, si sciat, vel credat, eum emendasse, & resipuisse, vel mox se emendaturum, aut ab alio corrigendum, tunc enim, si vel à se ipso, vel ab alio emendatus, vel emendandus sit, non est ei necessaria nostra correctio. Addit Laym. *cit. n. 2.* valde probabilem esse sententiam. *Gl. in c. Si pec- caverit, 2. q. 1.* peccatum præteritum, si non sit peccatum reiterandi, non cadere sub præceptum correptionis, cùm nec ipse pœnitens obligetur statim per pœnitentiam peccatum commissum emendare, secundūm communiorum sententiarum.

IV. De se mortalia, at jam commissa ex igno- 90 tantia invincibili non cadunt sub præceptum correptionis, nisi ex eorum commissione grave secutum esset scandalum, aut detrimentum proximi: sed peccata committenda ex ignorantia invincibili corridenta sunt, maximè si sint contra jus divinum, nisi desperetur fructus, vel majus inde malum sit secuturum; ubi etiam Confessarius quandōque disimulare

670 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
simulare debet, prout notavimus tr. I. de Conscien-  
tia erronea Sect. 2. à n. 26.

§. II.

*Certa notitia peccati proximi.*

91 **A**d hoc ut quis teneatur corrigere proximum,  
requiritur notitia certa & probabiliter con-  
vincens proximum peccasse, vel peccare velle.  
Nam temerariis judiciis, suspicionibus, incertis ru-  
moribus credendum non est. Multò minus ex  
professo in aliorum vitam inquirere debet privatus  
ad finem correctionis, sed solum Superiores, qui-  
bus ex officio incumbit vigilare super gregem  
suum, adeoque etiam dubiis malis occurrere.

92 In dubio ergo, an proximus peccarit, aut pec-  
catus sit, nec ne, solus Superior per se inquirere  
debet, & stante etiam dubio, admonere potest:  
privatus autem per accidens quandoque poterit.  
1. Quando peccatum dubium cederet in mag-  
num detrimentum tertii, vel communitatis, ut  
proditio, heres &c. 2. Quando mors immi-  
neret corrigendo 3. Quando probabiliter putas  
proximum non ægrè laturum, si etiam in dubio  
moneatur; alioquin res periculosa est: & sæpe  
etiam magnarum tricarum causa sunt correctiones  
imprudentes ex dubiis, & incertis indiciis, ut mo-  
nent DD. citr. Additque Diana citatus, etiam  
Superiores non facile debere credere spontaneis de-  
latoribus, nec super hoc in particulari inquirere,  
nisi alia signa pateant.

§. III.

## §. III.

## Spes emendationis.

**A**D hoc, ut quis teneatur corrigere proximum,<sup>93</sup> necessariò requiritur spes probabilis emen-  
dationis in correpto, ac fructus correctionis nostræ.  
Et hinc

I. Non tenetur corrigere proximum privatus,<sup>94</sup> (aliud est de Superiore, Confessario, Concionatore,  
quorum officium postulat præstare, quantum præ-  
stare possunt) quoties non affulget spes emendatio-  
nis, vel ullius utilitatis, etiam si non putetur deterior  
futurus. *Omnès*: contra unum, quem sciam,  
*Adrianum*. Nam cessante fine, cessat ratio ope-  
tandi propter finem: correptionis autem finis  
est emendatio, & utilitas correpti, quā desperatā,  
frustra adhiberetur illa: quia hoc ipso, quo non  
prodest, obest correptio; quia facta correptione,  
non resipiscens gravius peccat, majorēmque pœnam  
sibi adsciscit. Et ratione hujus à præcepto cor-  
reptionis excusantur ubique personæ non magnæ  
authoritatis, ac etiam alii respectu nequitiae: ut  
etiam observat *Diana* cit.

II. Minus tenetur privatus corrigere peccan-<sup>95</sup>  
tem, quando non modò abest spes emendationis,  
sed etiam prævidetur deterior inde futurus, odio,  
iracundiâ, vindictâ exarsurus, contempturus, au-  
dacijs peccaturus. Proverb. 9. *Noli arguere deri-  
sorem, ne oderit te*. Quòd si tamen corrigendus ad  
tempus quidem videatur exacerbandus, postea,  
sedatâ passione, corrigendus, & melior alia occasio  
expectari nequeat, omnino corrigendus est, ob

majus

672 *Tract. III. in IV. Precep. Decal. Cap. VI.*

majus ejus bonum , interim permisso peccato: quod multò magis verum est, si solum tristitia, vel pudore videatur afficiendus, sed tamen emendandus : juxta illud 2. Corinth. 7. *Quoniamen-  
si contristavi vos in Epistola, non me pænitet &c.  
Non quia contristati estis, sed quia contristati es-  
tis ad pænitentiam.*

96 III. Quod si dubium sit , an correctio sit profutura , nec ne, dummodò constet non esse obfuturam , nihilominus adhibenda est : Quia tunc præceptum correptionis de peccato certo est in possessione: & de fructu bono benè sperandum. *Communis apud citt.*

97 IV. Si verò dubium sit , an correptio sit profutura , vel obfutura , an correptus inde deterior futurus , an majus malum securum ? conferenda est utilitas sperata cum damno timendo , & majus minori præferendum. In æqualitate , correptio omnino omittienda : quia tunc major est obligatio præcepti negativi , de non nocendo proximo, quam affirmativi , de ejus bono procurando. Excepto tamen casu extremæ necessitatis , si talis corripiendus in peccato esset moriturus ; tunc enim ob imparitatem mali incurandi præponderat præceptum affirmativum , exemplo Medici corporalis in extrema necessitate licet adhibentis media etiam dubia. *Communis D.D. apud Tannerum, & Laym-  
citt.*

98 In omnibus verò excipiuntur Superiores , quorum officium est corrigerem subditos , non solum ex Charitate ad ipsorum bonum , sed etiam ex justiti-

ad bonum commune, et si talis correctio s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> non  
prosit, sed oblit correpto; ut recte monet etiam S.  
Thomas cit. q. 7. a. 7.

## §. IV.

## Opportunitas.

**A**D hoc, ut quis teneatur corrigere proximum, 29  
tandem requiritur *opportunitas*, secundum  
omnes circumstantias personæ, temporis, loci. Ex  
parte personæ corripientis

I. Requiritur, ut ipse opportunè possit, seu  
prudenti judicio idoneus censeatur ad hic & nunc  
corrigendum proximum. Quod si adsit magis  
idoneus, non tenetur minus idoneus. Ad hoc ta-  
men, ut quis sit idoneus ad corrigendum exfrater-  
na charitate, non requiritur, ut sit par, vel æqua-  
lis corripiendo, quin etiam inferior Superiorum  
peccantem, positis dictis conditionibus, corrigere  
potest, & debet: ut ex S. Augustino etiam docet  
D. Thomas a. 4. Optimè tamen notat ex nostro Ga-  
briele Laym. cit. c. 7. n. 2. aliter corripiendum esse  
inferiorum, aliter æqualem, aliter Superiorum. In-  
ferior plerumque increpandus, postea mansuetè  
hortandus, oleo cum vino in vulnus infuso. Galat.  
6. Si p<sup>r</sup>aeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,  
vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in  
spiritu lenitatis. Aequalisverò amicè commonen-  
dus. Superior humillimè rogandus I. ad Timoth.  
I. Seniorem ne increpaveris; sed obsecra ut patrem.  
Excipe semper, nisi gravitas delicti, malitia, peri-  
culum, scandalum &c. aliud exigat. Lege S. The-  
mam loco cit.

THEOL. MORAL. PART III.

U

N.

300 II. Quamvis munus correptionis proprium sit justorum, juxta illud Psalmi 140. Corripet me iustus: ideoque peccator in simili, vel majori peccato constitutus minus idoneus censeatur ad munus correptionis, cui dicitur Lucæ 4. *Medice curate ipsum*: nihilominus positis conditionibus, in defectum aliorum, etiam peccator tenetur corrigere peccantem, ita tamen ut in ipsa correptione peccatum non appareat: ut quid enim notiorius forniciarius, ebriosus &c. alium fortè sic peccantem corripiatur? Quin tali dicatur Matth. 7. *Hypocrita, eiice primū trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Et certum est Superiores, cum suis verbo, exemplique ex officio præire debeant, ad finem utilis correctionis teneri per poenitentiam emendare vitam suam: idque valde propibile etiam de privato, saltem in raro casu, si videat proximum correctione sua gravissimè indigere, ut ex *Navar. Valentia*, aliis notat Laym' cit. c. 7. in fine.

301 III. Quoad corripientem porrò requiritur opportunitas, ut commodè possit corriger proximum absque suo gravi incommodo, vel periculo. Nemo enim, (nisi superiores, quorum officii est, animas pro ovibus ponere) cum gravi suo incommodo, vel periculo, maximè mortis, tenetur corriger peccantem, nisi fortè in extrema necessitate, si corrigendus esset moriturus in peccato mortali, & correcturus in statu gratiæ; ut probabiliter docent D. Thomas a. 6. *Navar. aliis.* Sed de hoc Sct. seqq.

IV.

Sect. III. De correctione fraterna. 671

IV. Ex parte personæ corrigendæ denique requiriatur opportunitas loci, temporis, & aliarum circumstantiarum, quibus prudenter sperari possit, utiliter corripiendus, & commodior opportunitas alias exspectari vix possit, quæ omnia prudenti judicio relinquuntur. An etiam liceat differre occasionem, & correctionem proximi peccantis, ut si sapius peccet, & postea efficacius corripatur, & emendetur; ex hoc præcisè capite consultum non est, nisi in casu raro, quando nulla prorsus esset alia spes utiliter corripiendi, & emendandi proximum, præfertim subditum, maximè de gravi, & scandaloso peccato; ut cum aliis etiam notat Navar. c. 3. n. 13.

COROLLARIUM.

H

Is ergo quatuor conditionibus ita explicatis concurrentibus, quilibet etiam homo privatus idoneus sub mortali obligatur corrigere, verèque mortaliter peccat, & alieni peccati participantem se facit, quando scienter, & culpabiliter libere omittit facilem sibi correctionem proximi peccantis. Excusantur autem saltem à mortali, qui aut ob inadvertitiam, aut naturalem passionem timoris, verecundiae, pusilanimitatis, non advertentes, se ad hoc tam strictè obligati, vel ad hoc minus se idoneos existimantes, correctionem omittunt: ut ex S. Thoma cit. notat Tannerus Laym. & alii. Certum ergo est apud sæcularem privatum non adeò sàpè concurreat omnes conditiones, ut sub mortali obligetur corrigere proximos. At nimis sàpè apud Su-

U u 2 perio-

periores, tam sœculares, quam Ecclesiasticos, & Religiosos, quippe sub duplice titulo, & charitatis, & justitiae, ratione munieris sui obligatos, ideoque culpabili omissione duplicitur gravissime peccaturos, quin etiam ad restitutionem obligandos, si ex eorum negligentia in corrigendo subditos, aliquod damnum inferatur aliis, ut suo loco probabitur. Sub nomine autem, & obligatione Superiorum etiam comprehenduntur parentes respectu filiorum; Tutor & respectu pupillorum; Dominus respectu mancipiorum, servorum, non autem respectu famulorum, operariorum, quos, quia liberi sunt, non ex justitia, sed charitate solum corrigere tenentur: ut notat Diana p. 7. 11. 3. resolut. 9. & 31.

## ASSERTIO V.

**I** 104. **N** correctione fraterna peccati occulti de præcepto, & sub peccato ex genere suo mortal observandus est ordo præscriptus à Christo Matth. 18. *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audiuerit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audiuerit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, vel in ore dñorum, vel trium testimoniū stet omne verbum. Quod si non audiuerit eos, dic Ecclesia: si autem Ecclesiam non audiuerit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Ratio hujus præcepti, & ordinis fundatur in jure naturali de non nocendo proximo, ut nemirūm correctio fraterna fiat, quantum potest cum minimō damno proximi: hoc autem sit servando hunc ordinem præscriptum à Christo: ergo*

est obligatio eum servandi ex se gravis. Ita communissima cum S. Thoma cit. q. 33. contra paucos aliquos, qui volunt eum ordinem solūm esse in contilio. Itaque juxta verba Christi pono sequentes regulas.

## REGULA I.

**C**orripe eum inter te, & ipsum solum. Quan-<sup>105</sup>  
docunque peccatum proximi est occultum,  
nec Communitati specialiter perniciosum, nec in  
damnum tertii cedens, & correctio secreta satis  
profutura ad emendationem speratur, adhibenda  
est correctio secreta, &, eā prætermissā, denun-  
tiare Superiori, mortaliter illicitum est. Com-  
munissima cum S. Thoma cit. a. 8. & ipso D.  
Augustino, serm. 16. de verbis Domini. Ratio à  
D. August. indicata est: *Nam si solum nosti, quae  
peccavit in te, non es corrector, sed proditor.*  
Nimirūm: quia omnis injusta infamatio est pec-  
catui mortale: at qui secreta correctione suffici-  
enter posset corrigere, & emendare proximum,  
et que omīssā, immediate denuntiat Superiori,  
injustè infamat proximum in materia gravi; ergo  
peccat mortaliter, per se loquendo: *Nam si pro-  
babile videatur, quod correctio secreta nihil, vel  
non satis profutura sit, quod subsit periculum re-  
lapsus, aut maximè, si peccatum cessurum sit in  
detrimentum Communitatis, aut tertii, in publicum  
scandalum &c. jam omissa correctione secreta,  
licet denuntiatur Superiori, adhuc tamen denun-  
tiatione fraterna, charitativā, non judiciali, nī-  
mirūm Superiori, non ut personæ publicæ, &*

Uu 3

Judi-

678 Tratt. III. in IV. Praecept. Decal. Cap. VI.  
Judici ad punitionem, sed ut personæ privatæ &  
prio patri, qui melius ad emendationem, & effi-  
caciūs sciat corrigere errantem: quo casu & ipse  
Superior in terminis correctionis charitativæ siste-  
re debet, nec ad punitionem publicam procedere  
potest; nisi comperiat correctionem hanc paternam  
nihil proficere. Quod valde notent indiscreti, &  
insulsi Superiores. Lege S. Thomam, Quodlibet  
I I. a. 13. Adde etiam casum: cùm quis sponte  
cedit juri suo, ut defectus sui immediate denun-  
tientur Superiori, uti ex Constitutionibus Pontifi-  
ciis accidit in Societate Jesu. Et nostra etiam Sta-  
tuta volunt, ut Fratris in itinere delinquentis de-  
fectum socii Superioribus denuntient: tunc enim  
licet fiet; quia volenti, & talem Ordinem scien-  
ter suscipienti, non fit injuria. Alias Exceptio-  
nes ponam sub regula quarta.

## REGULA II.

106 **S**ite autem non auderit, adhibe tecum adhuc  
num, vel duos &c. Quandocunque ad corre-  
ctionem vel emendationem delinquentis frustra ad-  
hibita est correctio secreta, & profutura speratur  
adhibitio unius, vel alterius testis privati, adhi-  
bendi sunt antequam denuntietur Superiori, ut  
Personæ publicæ, seu Judici. **Ratio:** Quia  
correctio fraterna ex charitate ad utilitatem pro-  
ximi præcepta, fieri debet cum minori, quo po-  
test, incommodo: minus autem ordinariè est in-  
commodum proximi, peccatum suum innotesce-  
re, & corrigi coram uno, vel altero privato,  
quam

quām coram Superiore , ut persona puplica & judice &c. ergo ad hoc corrīgens obligatur , etiam sub peccato gravi , juxta incommodi rationem. Ubi tamen observandum , si peccatum proximi aliquibus sit notorium , illi consciī adhiberi debent testes ad correctionem , ut sine peccato infamatio-  
 nis , non possint adhiberi alii inscīi : Si verò pecca-  
 tum omnīnō sit occultum , & inemendatum cum  
 periculo relapsūs , aut damni tertii , vel Commu-  
 nitatis , possunt adhiberi alii , qui non nōrunt ;  
 tum , ut ipsimet observent peccatum fratris ; tum,  
 ut iis adhibitis peccans efficacīs corrīgatur : Tum  
 denique , ut peccante te , in peccāto omnīnō perti-  
 naci , ad Superiorem delato , possint esse testes.  
*Communis DD. apud Tanner Laym. Diannam citt.*  
 Ratio est : Quia illud aliquale damnum famæ de-  
 bet cedere majori utilitati spirituali delinquentis  
 &c. Advertunt tamen *DD. citt.* eo casu , quo ad-  
 hiberi possunt , & debent testes ignari criminis ad  
 correctionem proximi , apud Regulares ordinariē  
 crimen denuntiari posse ipsi Superiori , ut personæ  
 privatæ , & spirituali Patri , si sit vir verè prudens ,  
 discretus , spiritualis , non habens rancorem seu o-  
 diūm adversus subditum delinquentem ( ait ipse S.  
 Thomas Quodlibeto 13. ) Rationem dat *Layman* ;  
 Quia Prælatus ut spiritualis Pater præsumitur magis  
 idoneus ad fratrem juvandum , quām aliī : neque  
 decet , ut alii in congregatiōne crimen fratris resci-  
 ant , & de eo loquantur ; & is , ad quem ex officio  
 pertinet , & melius juvare posset , ignoret.

Uu 4

RE-

## REGULA III.

107 **Q**uod si non audierit eos, dic Ecclesia: Hoc ei Superiori, seu Rectori Ecclesiae, vel Communis. Quandocunque frustra adhibita est correctio privata, aut etiam coram testibus, crimen proximi, etsi occultum, sed inemendatum manens, denuntiandum est Superiori, tanquam Patri spirituali primariò, & per se; & secundario solum, ac per accidens, ut iudici: ad hoc minimū, ut crimen denuntiatum ab eo paternè, & secretò corrigatur; &, si frustra sit, debito modo judicialiter puniat. *Communissima enī S. Thoma a. 8.* Ratio patet: Quia tenemur ex Charitate succurrere proximo in miseria, maximè spirituali constituto, quantum possumus; atqui in proposito nullum superest medium juvandi proximum, nisi denuntiatio ad Superiorē: & illa aliquals apud Superiorē infamatio, dicitur cedere majori bono spirituali proximi à peccato emendandi. Unde (ut jam supra innui) ex hac sola denuntiatione charitativa, & secreta peccati, superior nullo modo potest procedere ad poenas ordinarias, neque crimen denuntiatum publicare in Capitulo; sed tenetur errantem in secreto corrigere, admonere, & juvare modis opportunis, dummodo peccatum fateatur, & obedire velit. Si autem peccatum omnino neget, aut obedire nolit; si quidem peccatum occultum nemini perniciosum sit, nec periculum relapsus subsit, cessandum erit; si verò perniciosum sit Communis, vel tertio, prout certè in Religionibus est peccatum car-

sis eum complice, maximè extranea &c.) procedendum erit a i testes, signa, indicia inquirenda &c. juxta ordinem juris.

## REGULA. IV.

**P**rædictus ordo charitatis fraternæ servandus<sup>108</sup> non est in his maximè casibus.

I. Quando peccatum est publicum, notoriū, scandalosum in aliqua Communitate. Tunc enim publicè urgendus est reus, si quis ad hoc idoneus putetur; aut immediatè Superiori denuntiandus. Quo sensu præcipit Apostolus 1. Timoth. 2. Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timor m habeant. Quæ verba D. August. Serm. 16. de verbis domini. Conterens cum verbis Christi: Corripe eum inter te, & ipsum solum: ait: Corripienda ipsa sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus, ipsa verò corripienda sunt secretiùs, quæ peccantur secretiùs: Distribuite tempora, & concordate Scripturas.

II. Quandocunque peccatum perniciosum Rei<sup>109</sup> publicæ, aut contagiosum, ut proditiones, conspirationes, hæreses, in Religionibus etiam fornicationes, aliisque peccata carnalia, maximè facta cum complice extranea &c. si secreta admonitione corrigi nequeat, quisquis scit, & sibi credendum fore existimat, tenetur sub mortali denuntiare Superiori, vel ei, ad quem spectat tale malum avertere. *Omnes.* Quia ex ordine charitatis bonum commune præferendum est malo privato, & consequenter etiam aversio mali communis aversioni mali privati. Similiter, quando peccatum

Uu 5

cedit

cedit in detrimentum tertii, quod detrimentum præponderet malo aliquali peccantis apud Superiorum incurrendo, & secreta admonitione præveniti non possit, immediatè denunciandum est Superiori, aut illi ipso tertiae personæ, ut sibi caveat, intimandum, hoc enim postulat ratio charitatis, nec tenor proximi nocentis servare famam cum tertii detimento, vel Communitalis.

**III** Quandocunque proximi peccatum mortale inemendatum manet, & secreta admonitio, vel etiam testium adhibitio inutilis omnino videtur, immediatè denunciandum erit Superiori, modo jam dicto regulâ primâ, & tertiatâ. Nam opus est ut bonum proximi procuretur per media magis efficacia, ubi minora ad effectum inutilia sunt: neque Christus præcepit eum ordinem correctionis debere servari inutiliter. *Communissima apud cit.*

**IV** Quandocunque quis potest licetè peccatum proximi denunciare Superiori, etiam sub mortali tenetur denunciare, quando legitimè interrogatur, maximè præcepto Superioris: Quando verò proximi peccatum occultum non potest licetè denunciare, etiam accidente Superioris mandato, illicitum manet. *Communis cum S. Thoma q. 33. a. 7. ad 5. Nav. Sylv. Sanchez, alii cum Laym. l. 3. de justit. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 8.* Unde nullus licetè potest denunciare Superiori interroganti peccatum occultum proximi, si firmiter credat, eum omnino jam emendasse, nec esse periculum relapsus: tunc enim cessat finis præcepti, & servanda est fama fratri: ut cum *Navar. notat Laym. cit. corallario I. Econtra vero Marchant. hic tratt. 2. Tit.*

4. Sect. 2. q. 1. in corollario, meritò invehitur in perfidam, & abominandam charitatem aliquorum, qui peccata aliorum vergentia in damnum, vel scandalum Communitatistis, Religionis, & aliorum, etiam inquisiti, v. g. in visitationibus, celant, ne peccans aliquod famæ dispendiū, aut pœnam incurat; cum certissima regula sit in intimis charitatis, & legis naturæ visceribus firmata: *sub peccato mortali præferri debere bonum, commune, bono particuliari.*

### COROLLARIUM.

**E**X dictis patet de cæteris quoque operibus Misericordiae, & Charitatis spiritualibus. Nam: <sup>112</sup> *Docere ignorantem, consolere dubitanti, corrigerre errantem;* lipuidò spectant ad correctionem fraternalm: & in materia ad salutem necessaria, nimirum peccati mortalis, obligant idoneum sub mortali, ob rationem sæpiùs repetitam. *Remittere injuriam,* qua ratione quis teneatur, latè dictum tr. 2. o. 6. sect. 2. *Solari mastos, supportare onerosos, pro omnibus orare &c.* positivè loquendo, consilia potius sunt, quām præcepta Charitatis. Patent etiam omnia peccata externa omissionis contra charitatem, & misericordiam, tam in corporalibus, quām spiritualibus. Quorum præcipua capita sunt: *omissio eleemosynæ,* vel cujusvis beneficij corporalis in necessitate proximi, & *omissio correctionis fraternalis,* & cujusvis auxilii spiritualis in necessitate proximi debito tempore, circumstan- tiâ &c. exhibendi. Cæterum peccata externa commissionis contra charitatem proximi, utpote lœsio proximi in bonis animæ, vitæ, famæ, fortu-

næ,

næ, &c. sunt necessariò etiam peccata contra justitiam  
De quibus in Tractatu 5. per totum Caput quintum

## SECTIO IV.

### De Ordine Charitatis.

#### SUMMARIUM.

115. Qualis ordo seruandus in diligendo proximo.
116. Post Deum, ceteris paribus, homo tenetur magis diligere seipsum, quam proximum aequalē.
117. Usque ad n. 120. Ceteris disparibus, tria obserbanda sunt. Quantitas necessitatis. I. Quantitas boni decessatii, & 3. Coniunctio personæ.
120. Ordo Charitatis quoad bona spiritualia.
122. Usque ad n. 125. Ob nullam causam potest homo sibi peccatum, carere gratia, vel beatitudine.
123. Quoad bona spiritualia ad salutem necessaria tentat homo plus diligere proximum, quam seipsum quoad bona temporalia.
126. Usque ad n. 129 resolvuntur, & excipiuntur veritatis.
129. Causa notabilis de Saga confidente se plures infantes baptizasse in nomine Diaboli.
130. Ordo Charitatis quoad bona temporalia.
131. Usque ad n. 135. an, & quando licet vitam corporalem exponere pro vita corporali proximi?
135. Inter proximos plus diligendi sunt magis coniuncti.
136. Primo magis coniuncti coniunctione spirituali.
137. Secundo magis coniuncti coniunctione carnali.
138. Ordo inter coniunctos carualiter, seruandus.

**C**haritas divina in diligendis objectis suis  
113 adeò inæqualibus necessariò exigit, & servat ordinem aliquem juxta illud Sponsæ Cantorum  
2. Ordinavit in me Charitatem. Et Salvator ipse  
Matth. 22. assignans præcepta Charitatis, præcepit dilectionis Dei vocat primum mandatum;  
præceptum vero dilectionis proximi vocat Secundum

## Sect. IV. De ordine Charitatis. 685

dum autem simile huic &c. At ubi est primum & secundum, ibi est ordo. De ordine vero servando hic agendum: & necessariò

*Præstatandum.* Charitatis, seu dilectionis II 4 proximi duplex est actus, vel affectus: *Complacuntia, & desiderii:* Amor & affectus complacentiae dicitur, quo proximo volumus bonum jam habitum, ei complacendo, gratulando. Ethic amor hunc solum requirit ordinem, ut magis diligentur illi, qui meliores, sanctiores. Deoque similiores existunt, ideoque majori cultu, reverentiâ, honore & amore afficiendi. Quia etiam ratione magis diligendi sunt parentes, quam liberi; Benefactores, quam ii, quibus benefacimus &c. Quia nimis majorem illi cum Deo similitudinem habent, quam isti. In hoc nulla controversia, vel difficultas. Amor, vel affectus desiderii est, quo proximo volumus, vel desideramus bonum nondum habitum, cui respondet charitatis actus externus beneficentiae qua ex charitate prompti sumus proximo etiam benefacere corporaliter, vel spiritualiter, cum opus est, & facultas est, juxta haec tenus latè dicta. Et quoad hunc ordinem esto.

## ASSERTIO. IV.

**C**haritatis ordo essentialis & universalis est, II 5, ut primò diligatur Deus: secundò nos ipsi: & tertio proximus: & uterque prius quoad animam, postea quoad corpus, & tandem quoad temporalia. Sed clarius, & distinctius. Ordine Charitatis post Deum super omnia diligendum, ceteris paribus, quisque tenetur diligere. I. *Scipione*

*foro*

secundum bona spiritualia. 2. Proximum, quo-  
ad eadem bona spiritualia. 3. Seipsum quoad bona  
corporalia. 4. Proximum quoad eadem bona cor-  
poralia. Tandem seipsum, & ultimo proximum  
quoad bona temporalia externa. In imparitate  
autem tria potissimum observanda sunt. 1. Quan-  
titas necessitatis. 2. Qualitas boni necessarii. 3.  
Coniunctio persona. Communissima Doctrina  
cum S. Thoma s̄p̄e cit. q. 26. Ratio Theologica  
fundamentalis sumitur ex modo participandi ratio-  
nem formalem diligendi Charitatis Theologica,  
quæ est bonitas divina. Cùm enim hæc boni-  
tas per se formaliter, & essentialiter solum insit  
ipsi DEO; nobis autem, & proximis tantum par-  
ticipativè, quatenus ad imaginem Dei creati di-  
vinæ ejus bonitatis per Beatitudinem participes esse  
possimus; & ulterius eadem bonitas divina ut  
mihi participata, quasi vicinior, & intensior est,  
quam ut participata proximo meo, hinc ordo  
charitatis naturalis exigit, ut primò per se irrefe-  
ribiliter, & super omnia diligatur Deus tanquam  
per se summè bonus; secundò verò diligat quis  
seipsum, quatenus particeps est, & esse potest bo-  
nitatis divinæ, ac principaliter æternæ beati-  
tudinis: tertiò denique diligamus proximum,  
quatenus sic nobiscum est, & esse potest particeps  
eiusdem divinæ bonitatis. Quia verò ejus boni-  
tatis, beatitudinis sola anima per se particeps esse  
potest, corpus verò solum per accidens, per dotes  
ex animæ beatitudine redundantes, consequens est,  
ut tam in nobis, quam in proximis priùs & potiùs  
dilige-

diligetur anima, quam corpus. Unde DD. com-  
muni-  
cator cum S. Augustino l. 1. de Doctrina Christiana  
l. 23, 26. 27. Quatuor assignant ex Charitate  
diligenda. 1. Quod est supra nos, Deus. 2. Quod  
sumus nos ipsi. 3. Quod juxta nos, proximum.  
4. Quod infra nos, corpus nostrum. De primo,  
scilicet Deo diligendo super omnia, jam latè dictum  
est in primo præcepto c. f. toto. Solum hic agi-  
tur de ordine Charitatis inter nos, & proximos fer-  
vando, & quidem in paritate necessitatis, acbo-  
norum, res liquida, & facilis est, ac

## REGULA UNIVERSALIS, ET CER- TISSIMA.

**P**ost Deum super omnia dilectum, & ceteris pa- 116  
ribus, quoad necessitatem, & aequalitatem  
boni necessarii, omnis homo tenetur magis amare  
seipsum, quam proximum aequalis. Omnes. Ratio  
Theologica jam data est, & sumitur ex ipsis verbis  
præcepti divini. *Diliges proximum tuum sicut te-*  
*ipsum.* Ubi velut Regula, & exemplar dilectionis  
proximi constituitur amor erga seipsum: *Regula*  
*autem prior, & potior est, quam regulatum,* ait D.  
Thomas q. 26. a. 4. ergo prior, potior, magisque  
Charitate intentus est amor erga seipsum, quam  
amor in proximum, saltem aequalis, propter in-  
fra dicenda. Unde sunt illa vulgata: *Charitas*  
*incipit a se ipso.* *Proximus sum egomet mihi.* Qui  
ibi nequam, cui bonus? Eccl. Ecclesiastici 14. Sed  
dixi: ceteris paribus: Nam in imparitate neces-  
titatis, bonorum, & conjunctionis tria illa potissi-  
mum semper observanda sunt.

## I. Quantitas necessitatis.

**N**imirum major necessitas semper præferenda est minori, extrema gravi, gravis communi: idque independenter à qualitate boni necessarii, vel conjunctionis personæ. Ita scilicet, ut extrema, vel gravissima necessitas proximi corporalis præferatur minori necessitati nostræ iropriæ, vel proximi, etiam in spiritualibus bonis: pextrema, vel gravissima necessitas spiritualis, vel corporalis cuiusvis etiam extranei præferatur minori necessitati propriæ, vel conjunctione personæ: sic de ceteris.  
**Ratio est:** Quia totum fundamentum, & finis præcepti Charitatis, quâ tenemur proximo benvelle, & benefacere, est sublevare necessitatem; ergo in ordine Charitatis ante omnia primò attendenda est quantitas necessitatis sublevandæ.

## II. Quantitas boni necessarii.

**S**upposita jam æquali, vel quasi æquali necessitate, ordo Charitatis immediate respicit qualitatem boni necessarii, quod nobis ipsis & aliis vel le, vel facere debemus: **Quod triplex est:** *Spirituale*, gloria, gratia, virtus, &c. *Corporale*, vita salus, sanitas, & ad hæc requisita. **Et temporale externum:** fama, honor, opes, seu bona fortunæ: ita nimirum, ut in æquali necessitate bonum spirituale semper præferatur bono corporali; & hoc bono externo temporali: idque adhuc independenter à personæ conjunctione: supposita enim æquali necessitate extrema v. g. potius curandum est bonum spirituale proximi cuiusvis, quam bonum

corporale vel temporale, proprium, vel personæ conjunctissimæ, & sic in cæteris, ut mox patebit amplius.—

III. *Coniunctio Personæ.*

**S**upposita eadem vel simili necessitate, & in ea-119  
dem qualitate boni necessarii, ordo Charitatis tandem respicit personam, vel personæ coniunctionem, ut nimirūm tunc quisque sibi ipsi ante omnes alios, juxta regulam generalem suprà datum; deinde aliis magis coniunctis prius, juxta rationem graduum coniunctionis, quam cæteris, succurrat. Quæ coniunctio itidem triplex est: *Spiritualis, Carnalis, & Civilis.* Atque in his valde benè notandis consistit totum fundamentum ordinis Charitatis. Attamen pro obligatione ad causas, sanè difficiles, ac intricatos, in gratiam tenuiorum, pono sequentes Regulas speciales.

## REGULA PRIMA.

**O**rdine Charitatis, quoad bona spiritualia ne-120  
cessaria ad ultimum finem, ut est immunitas ab oneri peccato, gratia DEI, & ipsa beatitudo, omnis homo tenetur magis amare seipsum, quam omnem simpliciter proximum in communi, & in particulari, quoad illa bona spiritualia, vel corporalia. Omnes cum S. Thoma cit. a. 4. & D. Augustino suprà allegato. Docetque expressè Christus Matth. 16. *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Et hinc resolues

I. Ob nullam prorsus causam, etiam salutis, 121

THEOL. MORAL. PARS III. X x to-

690 *Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.*  
totius mundi, potest homo velle peccatum, non  
tantum mortale, sed etiam vel levissimum veni-  
le, Quia nimirum implicat contradictionem ul-  
lum peccatum in ullo casu fieri licitum: & Char-  
itas inclinans in ordine suo principaliter ad aman-  
dum Deum super omnia, in nullo casu potest in-  
clinare ad offensam DEI, vel aliquid repugnans,  
aut disciplens Deo: omne autem peccatum, etiam  
levissimum veniale repugnat, vel displicet DEO.  
Neque hic locum habet illud: *ex duobus malis mi-  
nus est eligendum.* Cùm omnium malorum gra-  
vissimum sit peccatum proprium.

122 II. ob nullam simpliciter causam potest etiam  
homo ad tempus velle carere gratiā DEI, vel bea-  
titudine cum peccato. *Ratio est eadem:* Quia ni-  
mirum repugnat Charitati per se inclinanti ad aman-  
dum DEUM super omnia, vel aliquando non esse  
coniunctum DEO, vel separatum à DEO per pri-  
vationem gratiæ, vel peccatum. At verò licite  
potest quis velle ad tempus carere beatitudine, e-  
amque differre sine peccato, exemplo Apostoli ad  
Philippenses 2. Coarctor à duobus: *desiderium ha-  
bens dissolvi, & esse cum Christo &c.* Permanere an-  
tem in carne necessarium propter vos. Uti & alia  
bona spiritualia, quæ sub præceptum non ca-  
dunt, vel ad salutem necessaria non sunt, licite,  
& meritorie possunt, imò aliquando debent dif-  
firi, vel omitti, ob gravem necessitatem, vel  
utilitatem proximi, maximè Communitatis spiri-  
tualem, vel corporalem, v. g. ingressus Reli-  
gionis, orationes, contemplationes, peregrina-  
tio-

nationes, &c. *Ratio est:* Quia tunc ipso ordine Charitatis majus, ac magis necessarium bonum proximi præferendum est bono proprio minùs necessario; quale est & ipsa beatitudo, ut citius oblinenda.

III. Ob nullam causam, etiam salutis totius<sup>123</sup> mundi licet absoluta voluntate velle carere perpetuo aeterna beatitudine, etiam posito, quod ea carentia sine omni peccato stare possit. *Quia hoc multò maximè requagnat Charitati diligendi Deum,* super omnia, velle ipso aeternum carere. Et licet ea carentia sine peccato stare posset, tamen objectivè mala est, ut homicidium involuntarium, quod proinde nunquam velle licet. Sed dixi: *absoluta voluntate:* Nam

IV. Velleitate simplici, conditionata, si nimirum Deus vellet, si ei placeret, ad ejus gloriam faceret, liceret velle, etiam carere Beatitudine, præsertim ad majus bonum salutis animarum. Tali enim conditio addita purgat actum; imò esset actus heroicus Charitaris tam erga Deum, quam proximum. Et hoc sensu applicanda videntur illa verba Moysis Exod. 32. *Aut dimitte eis hanc normam; aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsi.* Et illud Apostoli ad Roman. 9. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Intelligenda nimirum sunt, aut conditionata, si ita Deo placeret; aut per exaggerationem, quomodo solemus dicere: *potius me occide, quam hoc facias.* Adde ex Vasquez I. p. q. 24. a. Verba Moysis intelligi posse de libro Princi-

pum Israël , & non de libro Prædestinationis. E  
verba Apostoli referri posse ad tempus præteritum  
sui Judaismi , quo ex zelo indebito , & amore  
in Judæos suos, persequebatur Christum , & Ec-  
clesiam.

## REGULA II.

**125** *O*rdine Charitatis , quoad eadem bona spiri-  
tualia necessaria ad salutem , & ultimum sa-  
num , tenetur homo magis amare proximum , quam  
seipsum quoad bona corporalia , utpote vitam , san-  
tatem corporis &c. & consequenter multo magis  
quam quoad bona temporalia aeterna . Communis-  
sima cum S. Thoma cit. q. 36. a. 5. & D. Augst.  
l. 1. de Civit c. 27. Atque adeò proximo in ex-  
trema necessitate spirituali constituto , dum nimi-  
rum versatur in certo periculo æternæ damnationis  
ex quo sine discrimine aliquis eripi non possit , te-  
netur homo idoneus succurrere cum certo periculo  
vitæ , si nimirum sit spes æquè certa eum juva-  
di , & aliunde majus incommodum non timeatur.  
Item communissima cum D. Thoma cit. Constat  
ex verbis Christi Joan. 15. *Hoc est preceptum*  
*meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos.* Ex-  
plicatur I. Joan. 3. *In hoc cognovimus Charita-*  
*rem Dei , quoniam ille animam suam pro nobis po-*  
*suit : & nos debemus pro fratribus animas pone-*  
*Hinc D. Augst. l. de mendacio c. 6. ait : Tempor-*  
*alem vitam suam pro æterna vita proximi , non*  
*dubitabit Christianus amittere.* Idem significant  
Scripturæ , & SS. PP. passim. Et sine dubio obli-  
gato

gatoriè, saltem de extrema necessitate salutis proximi intelligenda sunt. Ac insuper aliqua sunt advertenda.

I. In talì extrema necessitate censentur constituti, & cum vitæ periculo juvandi sunt: I. Infantes alioquin sine Baptismo morituri: juxta communem DD. *Navar.* *Valen.* *Suar.* *Tanner.* alii cum Laym. l. 2. de *Charitate* tr. 3. c. 3. n. 3. 2. Multi infideles apud Indos v. g. maximè invincibili fidei Christianæ, & necessariorum ad salutem ignorantiā laborantes, ut notavit etiam Navarrus l. 24. *Manualis* n. 10. 3. Populus rufus, cum inter eos hæresis occultè spargitur. Ex communi *Tannerus*, *Disp.* 2. 10. 3. q. 3, *Dub.* 4. n. 61. Ex tipe tamen cum *Diana p.* 3. tratt. 5. resol. 50. Nisi seducti vincibili, & culpabili errore, vel ignorantia laborent: tunc enim nemo nisi proprius Pastor cum periculo vitæ subvenire obligabitur. 4. Peccatores notorii in articulo mortis adeò rudes, ut nefcient elicere contritionem, de quo, si constet, tenebitur quis etiam simplex Sacerdos cum periculo vitæ succurrens Saeramento absolutionis: alioquin si sciant conteri, rursus nemo, nisi Pastor, tenetur. Ex communi *Navar.* & *Diana cit.* At verò ex deliberata desperatione seipso suspendentibus, submergentibus &c. nemo cum periculo vitæ tenetur succurrere, cùm non sint in extrema necessitate, sed potius malitia, ut ajunt DD.

II. Dicta obligatio semper intelligenda est cum iis conditionibus suprà insinuatis. I. Dummodo, sit spes certa juvandi: alioquin si spes nulla, vel incerta,

certa fit, non teneberis succurrere cum certo tuae  
vitæ periculo. 2. Nisi aliunde majus incommodo  
dum sequeretur: nam si tua opera aliis, pluribus,  
toti communitati necessaria est, v. g. tempore pestis,  
persecutionis &c. nec teneberis, nec poteris pro  
unius tantum salute vitam tuam exponere. 3. Sal-  
va salute propria. De vita enim corporali sermo est;  
nam vitâ spiritualē animæ nemo tenetur, nec potest  
periculo exponere pro salute alterius, ut ex præce-  
denti Regula constat. Hinc qui est in statu pecca-  
ti mortalis, nec potest commode sibi procurare  
statum gratiae (ad quod certè tenetur, si possit)  
non tenetur se exponere periculo vitæ pro salute  
proximi in quacunque necessitate: cum ordine  
charitatis in extremo periculo magis, & citius te-  
neatur quis providere sibi, quam proximo. 4. De  
necessitate extrema tantum sermo est; nam in sola  
gravi necessitate spirituali proximi nemo tenetur  
cum proprio periculo vitæ succurrere, nisi Pastor  
sit. *Ratio est:* quia nimis durum, & contra Do-  
mini nostri suavitatem, esset urgere fidelem ad  
mittendam vitam, (imò & alia vitæ bona, fama,  
vel tertuæ) ob necessitatem, ex qua se se ipsemet  
proximus, eti magna cum difficultate, liberare  
potest. Nam propterea ad meretricem, vel pet-  
catorum convertendum, non tenemur cum gravi  
incommodo nostro, quia ipsi per se converti cum  
suo conatu possunt cum gratia Dei, quæ facienti,  
quod in se est, nunquam non præstò est. Et nota:  
Etiam in extrema necessitate spirituali v. g. infan-  
tem moriturum baptizare, neminem, qui non sit  
proprius

proprius Pastor, teneri cum certo vitæ periculo, non omninè improbabiliter ex Soto, Sa, aliis docet Joan. Sanch. approbante Tamburino l. 5. Decat. t. 1. de Charitate proximo debita §. 2. a. n. 8. Ubi etiam nititur solvere rationes pro communi sententia à Casto-Pallao allatas. Vide, si placet, ego à communi sententia non recedo.

III. Semper ergo fermo fuit de obligatione ex 128 charitate tantum. Plus enim requirit obligatio iustitiae. Nam Pastores spirituales, Episcopi, Prælati, Parochi ex officio curam animarum habentes, ideoque ex justitia obligati ad prospiciendum salutis sibi commissorum, non tantum in extrema; sed omnium consensu, etiam in gravi necessitate spirituali tenentur suis opem ferre: etiam cum periculo propriæ vitæ corporalis juxta illud Joan. 10. Bonum Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem fugit. Unde Pastores Animarum tempore persecutionis Fidei, (de quo alibi) & tempore pestis non possunt fugere; vel tunc officium deferere, sed tenentur eis etiam cum periculo vitæ Sacraenta necessaria ministrare, nisi alium idoneum substituant, quod licet posse, & ægrè ferre non debere subditos, rectè docent Paternità, Cappeavilla, Tannerus cit. n. 65. alii cum Laym. cit. Ratio est: Quia Pastores ob hoc ipsum maximè, dato stipiendo conducuntur, & aluntur, ut in necessitate spirituali eis subveniant: ideoque non magis licet eis fugere, quam militibus ad bellum conductis, hoste imminentे. Ubi tamen iterum servandæ sunt conditiones supra positæ, si

696 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
nimis spes fructus adsit, & maius incommodum  
non sequatur. Cavere enim debet eo casu Pastor,  
ne ob unius salutem imprudenter se periculo vitæ  
exponat, ut plures alii ex illius occubitu gravio-  
rem jacturam spiritualem patiantur. Unde non  
facile debet administrare Sacra menta non necessa-  
ria ad salutem, sive secundum se, ut est Extrema  
Unctio, sive respectu personæ, quippe quam ex  
nupera confessione credit non esse in statu peccati  
mortalis, vel alias per contritionem bene disposi-  
tam esse &c. vide DD. cit.

129 IV. Dicta de obligatione ex officio, pariter  
intelligenda sunt de obligatione ex delicto: utpote  
cum quis grave damnum spirituale proximo intu-  
lit, (præsertim in materia hæresis) cum certo,  
vel probabili periculo æternæ damnationis; is enim  
etiam cum periculo vitæ damnum resarcire tenebi-  
tur. En casum singularem non rarum in Germa-  
nia, sed difficilem. Saga obstetrix confitetur  
Sacerdoti, se quadraginta circiter infantes ha-  
ptizasse in nomine Beelzebub, Zabulon, Asta-  
roth, postea à Parocho non rebaptizatos: modò  
verò partim mortui sunt, partim per varia loca  
dispersi, ut nullus sit modus significandi illis de-  
fectum Baptismi, nisi mulier se prodat Magistra-  
tui, adeoque extremi supplicii, & certo vitæ peri-  
culo se exponat. Quid hic agendum Confessario?  
Respondet Laym. l. 2. tr. 3. c. 3. n. 3. Quod  
Confessarius in primis mulieri debeat explicare  
enormem gravitatem peccati sui, & damnum gra-  
vissimum animabus illatum; deinde inducere  
ad

ad renuntiandum diabolo , & concipiendum fir-  
mum propositum imposterum abstinenti ad ejus-  
modi sacrilegiis , & satisfaciendi , atque præstandi  
ea, ad quæ Confessarius eam obligatam esse judi-  
caverit ; si hæc omnia promittat , eamque alias  
sufficienter dispositam judicaverit, absolvenda erit.  
Deinde verò conari debet Confessarius excitare in  
illa desiderium plenè satisfaciendi , & reparandi  
ingens damnum spirituale , quod innocentibus in-  
tulit , adeoque libenter sustinendi extremum sup-  
plicium pro suæ & aliarum Animarum salute , se-  
que ipsam ad hoc offerendi. Et sanè absolutè lo-  
quendo , ad hoc non tantum ex Charitate , sed  
etiam ex iustitia videtur obligata , cùm ipsa homi-  
nes illos innocentes in discrimen salutis per sum-  
mam injuriam conjecerit. Quòd si autem ad-  
vertat Confessarius fæminam , naturâ suâ infirmam ,  
ab hoc tam heroico facto omnino adhorrere con-  
spiciat , non instet amplius urgere v. g. dicendo:  
*aliter salvare non posse* ; sed contentus esse pote-  
tit proposito imposterum emendandi. Tum ,  
quia ejus periculum mortis est certissimum , alio-  
rum periculum salutis non ita certum : cùm DEI  
ope per contritionem salvare possint. Tum etiam ,  
quia mulier in hoc casu de se non agnoscit obli-  
gationem tantam seipsum ad mortem offerendi :  
docere autem sic probabiliter ignorantem in re om-  
nino non certa , cum tanto discrimine , non vide-  
tur consultum. Ita sapienter Laymann. Quem  
sequuntur Recentiores , etiam Diana p. 3. tr. s.  
resolnt. s. 1.

X x f

R E.



## REGULA III.

**I**30. **O**rdine Charitatis quoad bona corporalia, seu vitam & salutem corporis quilibet debet magis amare seipsum, quam proximum aqualem, ceteris paribus: atque adeo nullus tenetur vitam corporalem certo periculo exponere pro sola vita corporali proximi, minus sponte amittere. Ita omnes juxta dicta Regulæ I. Et ipse D. August. lib. de mendacio ad Consentium c. 6. Si quis pro alterius temporali vita suam ipsam temporalem perdit, non est jam diligere illum, sicuti se ipsum, sed plus, quam seipsum; quod sanæ doctrinæ regulam excedit. At, quid de licito?

**I**31. I. Multorum gravissimorum DD. Sententia est, ituitu amicitiae, honestum, & laudabile esse vitam corporalem pro vita corporali amici expondere. Ita ipse D. Thomas in 3. dist. 29. q. I. 4. s. & rursus in Summa 2. 2. q. 26. a. 4. Bannes, Aragonius, Victoria, Valentia, Molina, alii cum Lessio l. 2. de justit. c. 9. dub. 6. n. 29. & sequentibus. Favet illud Christi: Joan. 15. Majorem bac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et rario datur: Quia honestas virtutis amicitiae majus bonum est, quam vita corporalis: odoque qui motivo honestatis amicitiae pro amico vitam exponit, proprium majus bonum præferendo minori, adhuc magis diligit seipsum, quam proximum.

**I**32. II. Contra tamen: Non solum neminem reneri, sed neque licere corporalem vitam exponere, vel amittere ob solam vitam corporalem  
amicis

amici, post D. August. l. cit. docet communis Recentiorum, post Navar. aliis citt. Laym. cit. 6. 3. n. 4. Ratio est: Quia si virtus, & ordo Charitatis dictat, ut propriam vitam quis præferat alienæ, ut omnes concedunt, sequitur nullam virtutis, & honestatis rationem esse contrarium agere, & sic ruit fundamentum oppositæ sententiæ. Dixi autem: *Pro sola vita corporali.* Licebit enim vitam exponere corporalem pro vita corporali proximi, si ejus morti annexa esset mors spiritualis animæ; v. g. ad impediendam æternam damnationem injusti aggressoris tui quem jure occidere posses, potius permettere propriam mortem corporalem abundantioris Charitatis opus est; *ex communi Doctrina in Materia de homicidio.* Dictum etiam erat ab initio: *Quām proximum aqualem seu privatum.* Nam

III. Pro salute Personæ publicæ, ex quo multum dependet bonum commune sicut & universaliter, pro bono communi totius Reipublicæ, Ecclesiasticæ, vel secularis, vitam propriam exponere non solum honestum, laudabile, sed etiam debitum in extrema necessitate Reipublicæ; Regula enim universalissima est: Bonum commune præferendum esse bono privato, & maximè locum habet quoad corporalia, vel temporalia. Et enim bonum quātò universalius, tantò etiam est dignius & majus. Et pars naturaliter plus diligit totum, quām seipsum, adóque sicut in naturalibus una pars se periculo exponit pro servando toto corpore, ita & membrum Reipublicæ pro servanda

700 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. VI.  
vanda salute totius Reipublicæ periculo se expone-  
re tenetur. Sic DD. communiter cum S. Thoma  
cit. Unde multò magis teneberis pro bono com-  
muni Reipublicæ in extrema, vel gravissima necel-  
litate conservando, exponere bona externa tem-  
poralia tua omnia, si necessitas sic exigat, ut te pra-  
xis benè docebit.

134 IV. Verùm hīc iterum contrarius Joan. Sanch.  
apud Tamburinum cit. §. I. num. 4. sic habet:  
*Imò nee ob conservandum bonum commune, ad-  
stringi quem propriam exponere vitam reor; est nam-  
que ius propriam tuendi vitam adeò strictum, quòd  
à nullo jure conservandi alienas vinci possit. Mi-  
les verò munrum occupare cum periculo vite tentbi-  
tur ratione pacti, & peccunia accepta. Sic ille.*  
Tandem Regula data est quoad bona corporalia  
tantum: Nam quoad bona temporalia externa for-  
tunæ, vel famæ, quia eorum homo Dominus est,  
ut de iis liberè disponere possit, extra casum necel-  
litis propriæ, vel alienæ, non est servanda, sed,  
se neglecto, proximo cuivis largiri potest. Quali-  
ter autem etiam teneatur homo propria bona tem-  
poralia largiri ad succurrentum extremæ, gravi,  
communi necessitati, indigentis proximi, latè ex-  
plicatum habes, Sect. 2. de eleemosyna per totam.

#### REGULA IV.

135 **O**rdine Charitatis post Deum, & scipsum, in  
paritate necessitatis, bonique necessarii inter  
proximos magis diligendi sunt, qui nobis magis con-  
juncti sunt iuxta triplisem conjunctionem, spiritua-  
lem

lem, carnalem, & moralem, seu civilem. Certum apud omnes. Significat Script. Galat. 6. Operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos Fi-dei. I. Timoth. 5. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curum non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Itaque in hoc coniunctionis ordine ita procedendum est.

I. Coniuncti nobis ratione coniunctionis, 136  
 cæteris in amore præferendi sunt secundum illa tantum bona, in quibus coniunctio, vel amicitia fundatur: quia communicatio bonorum est fundamentum amicitiae, & Charitatis. Unde coniuncti nobis coniunctione spirituali fundata in bono spirituali gratiæ, præferendi sunt cœteris in bonis spiritualibus tantum: unde majores bona spiritualia & subsidia debemus velle, & cum opus est, præstare Patribus, filiis, fratribus spiritualibus, quam carnalibus. Coniuncti vero coniunctione carnali fundata in natura, præferendi sunt cæteris omnibus quoad bona pertinentia ad natu-ram, & vitam corporis: unde cæteris paribus in his magis subveniendum est Patri, filio, fratri car-nali, quam spirituali tantum. Coniuncti vero coniunctione civili, & morali tantum, fundata in humana societate, & communicatione civili, præferendi sunt cæteris solùm in rebus pertinentibus ad communicationem civilem. Sic concivi, co-militiori, doméstico in rebus ad eam communica-tionem pertinentibus, potius succurrendum est, quam aliis extraneis.

II. Nihilominus coniunctis spiritualiter tantum, 137

NOR

non tantum in necessitate corporali , sed etiam in  
necessitate spirituali extrema , præferendi sunt con-  
juncti proximi conjunctione carnali , parentes , fi-  
lii , fratres , sorores , maritus , uxor . Communis  
cum S. Thoma q. 26. a. 7. & 8. Tanner. cit. dub.  
s. n. 77. Laym. cit. Ratio est : quia conjunctio  
carnalis proximi ad pates , filios , fratres &c. etiam  
fundatur in bonis spiritualibus , & est fundamen-  
tum ac basis conjunctionis spiritualis , eaque suâpre  
naturâ prior , & stabilior . Gratia enim charitatis  
non destruit inclinationem naturæ , sed perficit ,  
atque ad finem supernaturem dirigit ; ergo con-  
junctio carnalis proximi naturali inclinatione om-  
nibus aliis præferenda quoad necessitates corpora-  
les , & adveniente gratiâ charitatis etiam omnibus  
aliis præferenda est quoad bona spiritualia . No-  
tant tamen D.D. cit. hunc ordinem quoad spiri-  
tualia transgredi non esse grave peccatum ; esse  
autem mortale transgredi quoad corporalia : sub  
mortali enim tenetur homo in extrema necessitate  
potius succurrere corporaliter patri carnali , quam  
spirituali , & sic de filiis , fratribus proportiona-  
liter .

138 III. Inter conjunctos carnaliter in extrema  
necessitate corporali , vel spirituali ante omnes  
subveniendum est Patri : Secundò Matri : Tertiò :  
filiis : Quartò : conjugi ; deinceps fratribus , so-  
roribus , cæterisque consanguineis & affinibus  
juxta ordinem graduum . Communissima cum  
D. Thoma cit a. 9. & ipso Magistro in 3. diss.  
29. Ratio est : Quia ordo Charitatis in con-

jun-

junctos debet sequi ordinem conjunctionis magis, vel minus excellentis: atqui hic prima, & excellentissima conjunctio est erga parentes, qui nobis existendi causa & principium fuerunt. Unde aequitas postulat, in extrema necessitate eos ab interitu ante omnes alios liberando, eis velut vicem reddamus: & quidem patri prius, & posteriori, quam matri, quia ille & priorem, & excellentiorem principii locum, & ordinem obtinet, quam mater; ut etiam notat D. Hieronymus in 6. 44. Ezech. & ex eis S. Thomas. Secunda maxima conjunctio vice versa est parentum ad filios tanquam aliquid sui existentes. Tertia porro maxima est conjunctio conjugis ad conjugem, quippe qui per commercium conjugale facti sunt una caro. Hos sequuntur aliæ conjunctiones juxta gradus suos.

Extra casum extremæ necessaris, quoad obsequia communia, & necessaria in bonis spiritualibus, & corporalibus: ordo omnino invertendus est. 1. Uxor præferenda est parentibus & filiis, cum quascilicet maritus sit una caro. Genesis. 2. *Quoniamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerabit uxori sue.* 2. Filii præferendi sunt parentibus, cum parentum naturale officium sit providere filiis 2. Corinth. 12. *Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.* Et D. Thomas cit. a. 9. Dicit: Parentibus debetur major honor, filiis autem magis cura. 3. Hi omnes præferendi sunt omnibus consanguineis ob dictam rationem. 4. Fratres, soro.

704 Tract. III. in IV. Præcept. Decal. Cap. VI.  
sorores, cæterique consanguinei, & affines; semper tamen in eodem gradu præferendi sunt consanguinei affini; post hos sequuntur domestici, concives, aliisque conjuncti similiter, et si moraliter cæteris non sint conjuncti, & in paritate præferendi. Vide omnia latius apud S. Thomam, & Commentatores ejus passim. Addunt denique Doctores cum Diana cit. eum, qui bona fide illum ordinem transgreditur, ut in necessitate pari, v. g. matrem patri, filios parentibus, sororem conjugi anteferret &c. non peccare plus quam venialiter: cum obligationes illæ omnes revera magnæ sint, & non tam facile sit discernere magis & minus. Neque illicitum esse potest singularem amicum, & benefactorem in casu præferre consanguineo, & validè propinquo: aut conjunctum spiritualiter etiam in necessitate corporaliter conjuncto non admodum proinquo, ut notat etiam Laymann cit cap. 3. Et hæc tandem in Secundum, Tertium, & Quartum Præceptum communi Confessario sufficient, ad laudem & gloriam DEI Opt. Max. & perennem Animarum salutem.

Amen.



IN.